


Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188886-p0001-9

Quæ est figura 1 literæ:

Haec א, quæ tribus lineis siue ductibus constat, quo-
rum medius primum ducendus. Deinde q a ter-
go insidet breuior & incuruatus, haud multum
spiritui Græcorum absimilis. Denique inferior iti-
dem incuruatus sed amplior, hoc modo. C.

Quam figuram secunda continet?

Hanc ב, quæ itidem tribus lineis constat, quarum
superior primitus, & huic adherens 2do pingitur
uno quasi ductu, & tertio inferior quæ e ceu
basis, & posteriore parte aliquanto excrescit.

Quam in se 3 continet figuram?

Huiusmodi ג quæ non pluribus ductibus quam priores con-
stant, Pingitur sic, ut linea longior bis incurua-
ta soli fracta uno ductu absoluatur. Et deinde
inferior v ad pedem duabus lineis adiungatur.

Pinge 4 figuram?

Huiusmodi ד, duabus tantum constat lineis
rectis quarum superior a leua ad dextram
recte deductus, incipit alteram directe
perpendiculatim scribendum.

Edicere 5. literæ figura?

Hanc ה q duabus lineis absoluitur, & quidem prius
ducenda e obliqua ד. Et altera posterius addi-
tur uelut unitas, ue! J. latinorum.

MS

# ELEMENTA LINGVÆ EBRÆÆ QVAM BREVISSIME compreheñſa

A

M. IOHANNE CLAIO *Hertzbergenſe.*

כָּאִישׁ בְּלִי רֶגֶל עוֹמֵד
כָּאִישׁ בְּלִי דִקְדּוּק לוֹמֵד :
כָּאִישׁ בְּלִי מַסַּד בּוֹנֶה
כָּאִישׁ בְּלִי דִקְדּוּק עוֹנֶה :

VVitebergæ, excudebant hæredes Iohannis Cratonis, Anno 1581.

# ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO AVGVSTO,

Duci Saxoniæ, Sacri Romani Imperij Archimarſchallo & Electori, Landgrauio Thuringiæ, Marggrauio Miſniæ, & Burggrauio Magdeburgi, Domino ſuo clementiſsimo,

S.

*QVòd ab eo tempore, quo me à munere docendi in ſcholis, quo functus ſum annos quindecim, certas ob cauſas abdicaui, & ad ſtudium Theologiæ animum appuli, non intermiſerim tamen ea ſcribere, quæ in ſcholis tractari ſolent, & ab eo officio, quo nunc ſeptimum annum fungor in Eccleſia, quodammodo aliena videri queant: quid cauſæ me impulerit, apud Clementiſsimam tuam Celſitudinē Illuſtriſsime Princeps & Mecœnas exponam. Ea igitur eſt, non laudis aliqua aut vtilita-*

tis appetitio, ſed talenti à Deo mihi concrediti conſideratio, & benè collocandi voluntas. Quæ enim gloria aut nominis fama quæri poßit ijs ſtudijs, quę hoc tempore non modò nullo ſunt in precio, ſed etiam ab omnibus ferè contemnuntur, propter vilem ſuam ſpeciem, quam præ ſe ferunt, quæ ingrata & iniucunda eſt ijs, qui nihil niſi quod magnum, quod nouum, quod inſolens eſt, admirantur? Aut quæ vtilitas ad me redire poßit, cum à nonnullis vix tantùm receperim honorarij, quantum ego feceram ſumptus, vt taceam labores, quos neq; paruos neq; paucos impenderam, de quibus iudicium doctis relinquo? Quæ res me etiam mouere potuiſſet, ſi mihi quæſita fuiſſet aut gloria aut vtilitas, cum neutram harum conſecutus eſſem, vt ſcribendo nuncium remitterem. Quod ſi factũ fuiſſet, libellus hic elementalis natus non eſſet. Sed mouit me, & conſcientia mea, & fides Domino optimo maximo debita, qui ſuum cuiq; talentum diſtribuit, quod non ocioſum eſſe vult, ſed rectiſsimè collocari, vt lucrum & vſuram afferat multiplicem, & ſuo

tempore ad rationes vnumquemq; reuocabit. Cùm itaq; in meipſum deſcendens, & meo me modulo ac pede metiens inueniam, mihi quoq; talenti aliquid à Deo concreditum: fidei meæ eſſe iudico, vt id quàm optimè collocem, ad gloriam videlicet Domini conferentis, & vtilitatem proximi opera mea vti volentis. Vt autem mei muneris eſſe agnoſco, operam dare, vt multi fidei meæ commiſſi publica concionum mearum auſcultatione ad cognitionem veritatis deducantur: Ita etiam non alienum ab hoc officio puto, ſi meis lucubratiunculis iuuentus in diſcenda lingua ſancta, qua vera Dei noticia comprehenſa & conſignata eſt, adiuuari poſſit. Hoc igitur cogitantem & conantem me non piguit & Catecheſin & Odas Lutheri & anniuerſaria Euangelia ſermone Ebræo interpretari, & poſt editam Grammaticam etiam Elementale hoc linguæ ſanctæ pro tyronibus concinnare. Vnde ſi quid fructus & adiumenti diſcentibus in pio ſtudio acceſſerit, laboris me non pœnitebit.

Tuæ verò Celſitudini Illuſtriſſime Princeps Elector, Domine Clementiſſime, hæc ſacræ linguæ Elementa dedico: tùm quòd ſpero, futurum hunc meum laborem Illuſtriſſimæ Celſitudini tuæ non ingratum, cùm grata fuerint poemata mea Græca, quæ eidem Celſitudini tuæ dedicaui anno abhinc nono, quod intellexi & ex dato mihi tum temporis munere, & ex facta promiſſione ſtipendij Theologici, quod ſupplice libello petebam: tùm quòd hanc qualemcunq; Ebraicarum, quemadmodum & Græcarum & Latinarum literarum noticiam Illuſtriſſimæ tuæ Celſitudini debeo, à qua ſum in ſchola Grimenſi quinquennium, & in Academia Lipſica biennium educatus & edoctus: tùm quòd hæc Elementa ſpectant ad intelligendas facilius in idiomate Ebræo ſacras literas, quarum puritatem per D. Lutherum inſtauratam Illuſtriſſima tua Celſitudo integram conſeruare ſtudet, nulli parcens operæ, nullis ſumtibus, cuius θεοπνεύστου viri & ſcriptorum eius ſanctiſſimam memoriam nulla vnquam apud me delebit obliuio.

Quod

Quod ſupereſt, Illuſtrißimam tuam Celſitudinem humiliter & enixè oro, vt hoc conſilium dedicationis meæ clementer approbet, & me meosq́ munifica ſua liberalitate porrò complectatur. Quæ me ſpes ne fallat, faxit Deus, in cuius manu ſunt omnium cogitata, qui & clementem Celſitudinis tuæ animum ad me inclinet, & Illuſtrißimam tuam Celſitudinem cum regia coniuge & vtriusq́ ſexus ſobole toti orbi Chriſtiano diu ſuperſtitem & incolumem conſeruet, Amen. Bendelebij Calendis Ianuarij, ineunte anno à nato Seruatore 1579.

Illuſtrißimæ Celſitudini
tuæ humiliter ſubiectus

Iohannes Claius M.

Literæ apud Ebræos 22, omnes ſunt conſonantes, quarum hæc ſunt nomina, figuræ, & poteſtates.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Aleph | א | א | Sonat prout habet additam vocalem. |
| Beth | ב | ב | Cum dages בּ b : ſine dages ב u conſonans. |
| Gimel | ג | ג | Cum dages גּ g: ſine dages ג gh. |
| Daleth | ד | ד | Cum dages דּ d: ſine dages ד dh. |
| He | ה | ה | Aſpiratio lenis h. |
| Vaf | ו | ו | v conſonans. |
| Zain | ז | ז | s lene. |
| Heth | ח | ח | Aſpiratio fortis hh, vel ch. |
| Teth | ט | ט | Eſt t. |
| Iod | י | י | j conſonans. Poſt ◌ָ ◌ַ וּ וֹ co- |

יִ יַ coaleſcit tanquam vo-
יֵ calis in diphthongo aî oî
uî.

Caph כ כ cum dages k כּ : ſine dages כ ch. In fine ſic ſignatur ךְ.

Lamed ל ל Eſt l.

Mem מ מ Eſt m. In fine ſic ſignatur ם.

Nun נ נ Eſt n. In fine ſignatur ſic ן.

Samech ס ס ſ medium.

Ain ע ע Sonat prout habet additam vocalem. Iudęi efferunt gargariſmo tanquam g.

Pe פ פ Cum dages פּ p : Sine dages פ ph. In fine ſignatur ſic ף.

Tzade צ צ ts vel tz. In fine ſignatur ſic ץ.

Kuph קק K vel q.

Res רר Eſt r.

Schin שש Cum puncto dextro שׁ ſch: cum ſiniſtro שׂ ſ.

Thaf תת Cum dages תּ t: Sine dages ת th vel ſ blæſum.

## DE PVNCTIS.

*Puncta Vocalia.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Camez | ָ | a obſcurū | | Sub lit. vt הָ ha. |
| Pathah | ַ | a clarum | | Sub lit. vt הַ ha |
| Tzere | ֵ | e ſubtile | | Sub lit. vt הֵ he |
| Sægol | ֶ | æ craſsū | | Sub lit. vt הֶ hæ |
| Hiric magnum | ִי | i | | Sub litera י ſequente הִי hi |
| Hiric paruum | ִ | i | *ſignatur* | Sub litera vt הִ hi |
| Holem | ֹ | o | | Sup. lit. vt הֹ ho |

Hateph-

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Hateph-camez | ֳ | o | | Sub lit. vt הֳ ho |
| Schurec | וּ | u | | Iuxta lit. vt הוּ (hu |
| Kybbutz | ֻ | ŭ | signatur. | Sub lit. vt הֻ hŭ |
| Hateph-pathah | ֲ | a | | Sub lit. vt הֲ ha |
| Hateph-ſægol | ֱ | æ | | Sub lit. vt הֱ hæ |
| Scheua | ְ | e | | Sub lit. vt הְ he. |

Ex his longa ſunt ָ ֵ ִי וֹ וּ, quod ad lectionem ſcheua & literas quieſcentes attinet: In carmine verò omnia ſunt longa, præter ſcheua, & cum hoc compoſita ֲ ֱ ֳ.

*Puncta alia.*

Mappic eſt punctum in litera הּ finali, indicans illam immutabilem, ſi præceſſerit ָ Aut relatiuum

tiuum fœmininum, ſi præceſ-
ſerit ָ .

Dages lene, mutat valorem literarum בְּגַד כְּפַת, vt vides in Alphabeto, idq́; fit in initio dictionis, aut poſt ſcheua quieſcens.

Dages forte, duplicat literam in qua ſcribitur, & in omnibus eſſe poteſt, exceptis his quinque אהחער.

Maccaph eſt virgula inter duas dictiones, copulans illas ſub vno accentu, vt בֵּית־לֶחֶם Bethlehem, עַל־הָעָרֶץ al haaræts, id eſt, ſuper terram.

*Puncta diſtinctionis.*

Soph paſuc eſt periodi nota, & ſignatur ſub litera, ſequentibus duobus punctis in fine verſus, vt: יָֽשָׁב .

Ath-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188886-p0014-1

Athnach eſt colon,&ſignatur ſub litera,vt עָמָ֑ר.

Reuia eſt comma, & ſignatur ſupra mediam literam, vt, לָרָקִ֗יעַ. Differt à puncto vocali holem, quòd illud ſupra ſiniſtrum latus literæ ſignatur, vt הֹ ho, Reuia verò ſupra mediam literam, vt הָ֗ ha.

*Puncta accentuum.*

Quæcunq; alia puncta infra vel ſupra literas reperiuntur, puncta ſunt accentuum:&pronunciationem gubernant in Grammatica, Rhetorica, & Muſica, de quibus alio loco & tempore dicam בֵּאלֹהִים.

*Obſeruationes ad lectionem neceſſariæ.*

I.

Vna-

Vnaquæq; litera habet propriam vocalem, cum qua ſyllabam conſtituit, ita vt litera enunciando ſit prior, & vocalis poſterior. Sed literæ אֶהֱוִי cum carent punctis, dicuntur quieſcere, id eſt, non enunciantur: Et vltima litera carens puncto coniungitur cum præcedente in eadem ſyllaba, vocali intercedente. At חַ & עַ finale poſt ſuam vocalem effertur, vt רוּחַ ruach non rucha, quod idem fit in dictione יְרוּשָׁלַםִ Ieruſchalaim, non Ieruſchalami.

## II.

Scheua aliquando legitur, & dicitur ſcheua mobile, aliquando non legitur, & dicitur ſcheua quieſcens. Legitur,

1. Sub litera initiali, vt פְּקוֹד pecod:

2. Sub

2. Sub litera dageſſata, vt פִּקְּדוּ pickedu:

3 Poſt vocalem longam, vt פָּקְדוּ pakedu:

4 Poſt ſcheua alterum quieſcens, vt תִּפְקְדוּ tiphkedu:

5 Sub litera, cuius ſimilis ſequitur, vt הַרְרֵי אֵל harere el.

6 Ante literam gutturalem, iuxta quoſdam, vt מַלְאָךְ maleach, vel malach.

Non legitur ſed quieſcit.

1 Poſt vocalem breuem, vt פִּקְדוּ picdu:

2 Poſt ו initiale, vt וּבְדֶרֶךְ vfdærech:

3 Sub vltima litera, vt וַיֵּבְךְ vaijſch:

4 Sub penultima imperatiui & futuri in plurali fœminino in נָה vt פְּקֹדְנָה pecodna, תפקדנה

תִּפְקֹדְנָה tiphcodna , Et tunc ו non ſcribitur expreſsè poſt holem. Et in participio præterito hiphil,vt מוּפְקָד muphcad.

## DIVISIO LITERArum, *ad coniugationes, declinationes, punctationes, & conſtructiones neceſſariæ.*

I

Literæ aliæ pronunciantur gutture, vt אַהֲחַע : Aliæ palato vt גִּיכַק : Aliæ lingua,vt דַּטְלְנַת : Aliæ labijs vt בּוּמַף : Aliæ dentibus, vt זַסְשְׁרַץ. Ex his quæ eiuſdem ſunt inſtrumenti , ſæpè inter ſe permutantur, maximè tamen אֶהֱוִי.

I I.

Literæ

Literæ gutturales à principio nunquam recipiunt ſcheua ſimplex, in medio verò raró, ſed plerũq; habent aut ֲ, aut ֱ, aut ֳ. Et tunc litera præcedens recipit tale ſimplex punctum ָ ַ ֶ, vt הָאֳכָל הַאֲמֵן הָאֱבִיד.

## III.

Gutturales & cum his ר non recipiunt dages, ſed eius loco mutant vocales præcedentes breues in longas, ַ in ָ, hiric in ֵ, ֻ in ו vel ֹ.

## IIII.

Secundum officia diuiduntur literæ in vndecim radicales ſeu eſſentiales, & in totidem ſeruiles ſeu miniſteriales. Radicales, quæ ſemper ſunt de eſſentia thematis, ſunt hæ גַד זַחַט סַעַף צַקַר, ſeruiles

ſunt אָב הוי כְּלָם נָשֶׁת, quæ tamen alicubi & radicales eſſe poſſunt.

## V.

Literæ אֶלְפַּשׁ ſeruiunt tantùm in principio, at in medio & fine ſunt radicales. כֵן הֵם ſeruiunt in principio & fine, at in medio ſunt radicales. יות ſeruiunt vbiq; , & tamen, vt cæteræ, etiam radicales eſſe poſſunt.

## VI.

Literæ aliæ ſeruiunt Coniugationi, vt תְּהִימוּן præterito, בִּכְלַם Infinitiuo, אֵיתָן Futuro, יוּנָה Imperatiuo & Futuro: Aliæ deriuationi, vt הָאֱמַנְתִּי: Aliæ Conſtructioni, vt מֹשֶׁה יְכָלֵב.

## VII.

Ex literis ſeruilibus fiunt ſyllabæ ſeruiles, & ſeruiunt aliæ Coniugatio-

iugationi', vt מְת אֶת תְּתְ יִתְ נִתְ הִתְ in principio Coniugationis hithpael, At נָה תָּ תִּי תֶּם תֶּן נוּ in fine perſonarum in omnibus Coniugationibus & ordinibus: Aliæ Declinationi nominum & participiorum, vt וֹת & יִם: Aliæ conſtructioni, vt quæ vocantur affixa, נִי נוּ הוּ נּוּ נָּה הָ מוֹ כֶם כֶן הֶם הֶן, ſed de ſingularum ſeruilium officio ſeu ſignificatione & punctatione dicetur infrà.

## DE VERBO.

TRes numerant Ebræi partes orationis, Verbum, Nomen, & Dictionem. Participium Verbo, Pronomen Nomini, & partes Indeclinabiles, Aduerbium, Præpoſitio, Coniunctio & Interiectio Dictioni ſubijciuntur.

Verbo accidunt, Genus, Numerus, Perſona, Tempus, Modus, Coniugatio, Forma, & Ordo.

Genera ſunt tria: Quædam enim perſonæ ſunt generis Maſculini, quædam Fœminini, quædam vtriq; communes, vt omnes primæ præteriti & futuri perſonæ, & tertia pluralis præteriti.

Numeri ſunt duo, Singularis & Pluralis.

Perſonæ ſunt tres, Imperatiuus habet ſolam ſecundam perſonam: Infinitiuo perſonã & numerum addunt affixa. Participia rediguntur ad certas perſonas additione Pronominum. Futurum à prima perſona incipit, Præteritum verò à tertia, quæ eſt verbi thema.

Tempora & Modi miſcentur apud Ebræos, & numerantur,

Præte-

Præteritum , Participium præſens , Participium Præteritum quod à forma Paul dicitur , Infinitiuus,Imperatiuus,& Futurum. His efferuntur, quæ Latini varijs modis & temporibus efferunt.

Coniugationes ſunt quatuor. Prima eſt Cal vel Paal,& eius paſſiuum Niphal, cui in principio præponitur נ. Secunda eſt Piel, & eius paſsiuum Pual, quibus in media radicali imprimitur dages. Tertia eſt Hiphil, & paſsiuum eius Hophal,quibus in principio præponitur ה. Quarta eſt Hithpaël reciproca, cui præponitur ſyllaba הִתְ in principio,& mediæ radicali etiam imprimitur dages. Quòd ſi prima ſit harum aliqua דטת, abijcitur תְ de ſyllaba הִתְ, & ſequenti דטת imprimitur dages forte: Sin prima ſit זסשׁצ,

per Metatheſin tranſponitur litera ת poſt illas,& propter צ etiam in ט mutatur.

Forma eſt vis & ſignificatio verborum. In Cal plerumq; ſunt Abſoluta & Neutra: In Piel & Hiphil Actiua & Tranſitiua: In Hithpaël reciproca, quorũ actio in agentem tranſit, vt ſit agens & patiens idem, vt הִתְמוֹתֵת interfecit ſe, manus ſibi attulit, hîc & qui mortem affert, & qui mortem patitur idem eſt. Inueniuntur tamen & in Cal actiua, & in cæteris coniugationibus abſoluta, quam diuerſitatem docebit Lexicon, præſertim Auenarij, & omnium artium magiſter vſus.

Ordines ſunt tantùm diſtinctiones verborum, quæ eandem flexionem habent, docendi cauſa inuentæ. Sunt autem ordines



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188886-p0024-6

verborum quintuplices. Quodlibet enim verbum eſt aut Perfectum, aut Quieſcens, aut Defectiuum, aut Mixtum, aut Quadratum. Perfecta ſunt, quæ tribus conſtant literis radicalibus, quarum nulla inter coniugandum deperditur. Quieſcentium tria ſunt genera: Alia enim quieſcunt in prima, vt incipientia ab א vel י: Alia in ſecunda, vt quorum media eſt ו vel י: Alia in tertia, vt quæ in א vel ה deſinunt. Defectiuorum itidem tria ſunt genera: Alia enim deperdũt primam literam, vt incipientia à נ, & quædam à י, quorum ſecunda eſt צ: Alia ſecundam, vt quorum ſecunda & tertia ſunt ſimiles: Alia tertiam, vt quæ in ת vel ן deſinunt, in ijs tantùm perſonis, in quibus ſimilis ת vel נ ſequitur. Mixtorum

 ſex

ſex ſunt genera. Alia enim incipiunt ab א vel י, vt quieſcentia primi generis, & deſinunt in א vel ה, vt quieſcentia tertij generis: Alia incipiunt à נ, vt defectiua primi generis, & deſinunt in א vel ה, vt quieſcentia tertij generis: Alia incipiunt à נ vel י defectiuo, & deſinunt in ה vel ן, vt defectiua tertij generis: Alia habent mediam ו vel י, vt quieſcentia ſecundi generis, & tertiam א, vt quieſcentia tertij generis: Alia habent primam quieſcentem א vel י, & tertiam deficientem ה vel ן: Alia habent mediam quieſcentem, & vltimam deficientem. Quadrata ſunt, quæ quatuor aut quinq; conſtãt literis radicalibus, vel diuerſis, vel quibuſdam repetitis. Quomodo verò & vbi quieſcant vel deficiant

ant literæ, id deinceps in ſingulis ordinibus declarabitur.

## *TABVLA OMNIVM Coniugationum & temporum, ad omnes ordines accommodanda.*

### Præteritum.

| Plural. 1 | 2 | 3 | Singul. 1 | 2 | 3 | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| נוּ | תֶּם | וּ | תִּי | תָּ | [ ] | Maſ. |
| | תֶּן | | | תְּ | ־ָה | Fœm. |

### Participium vtrumq;.

| Plural. | Singul. | |
|---|---|---|
| ־ִים | [ ] | Maſ. |
| וֹת | & ־ָה ־ֶ־ֶת | Fœm. |

### Infinitiuus.

[ ] מ ל כ בּ

### Imperatiuus.

| Plural. | Singul. | |
|---|---|---|
| ־וּ | [ ] | Maſ. |
| ־נָה | ־ִי | Fœm. |

 Futu-

## Futurum.

| Plural. 3 | 2 | 1 | Singular. 3 | 2 | 1 | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| י־ו | ת־ו | נ | י | ת | \|　　\|א | Maſ. |
| תְּ־נָה | תְּ־נָה | | ת | תְּ־י | | Fœm. |

*Declaratio tabulæ.*

Præteritum, vtrumque Participium, & Imperatiuus, aſſumũt terminationes in fine: Infinitiuus præponit literas ſeruiles בַּכְּלַם: Futurum præponit literas אֵיתָן, & in quibuſdam perſonis terminationes in fine aſſumit. Vbi vnica eſt forma in præterito & futuro, ea eſt vtriuſq; generis. Vacuis domicilijs impone tempora in ſequenti tabula poſita.

## PRIMVS ORDO.

*Formatio temporum in verbis perfectis primi ordinis per omnes coniugationes.*

DECLA-

Tempora in hac Tabula impone vacuis domicilijs tabulæ præcedentis, & habebis initium omnium temporum in omnibus Coniugationibus, hoc obſeruato, quòd cum tertia radicalis eſt ה vel ע, ſuperadditur – ſub ipſis cum præcedit ו וֹ וּ.: At præcedēte .., modò ſuperadditur –, modò ipſum .. in – mutatur, vt vides in tabula. Et cum media radicalis eſt ר vel gutturalis, mutantur puncta præcedentia breuia in longa, iuxta tertiam obſeruationem, ſuprà de diuiſione literarū poſitam, videlicet hiric in .., – in ָ, ֳ in וֹ vel וּ, in Piel, Pual, & Hithpaël.

Deinde adde terminationes & præpone literas ſeruiles in tabula præceden-

præcedente poſitas, & habebis cæteras perſonas omnium temporum, hoc obſeruato, quòd in quibuſdam puncta mutanda ſunt, quod fit hoc modo. Cum in fine adijcitur ſyllaba תָ תְ תִי תֶם תֶן נוּ נָה, tertia radicalis ſemper habet ſcheua quieſcens, & præcedit ſub ſecunda radicali in præterito omnium coniugationum –, in Imperatiuo autem & futuro ea vocalis, quę in ſingulari Maſculino eſt. Excipitur terminatio תְּ in verbis in ח vel ע deſinentibus, in quib. ſuum ſcheua amittit, & præcedens in – mutat, vt שָׁמַעַת pro שָׁמַעְתְּ.

Cùm poſt tertiam radicalem ſequitur terminatio ָה וּ ִי ִים וֹת, vocalis ſecundæ radicalis, ſi ſit –, .. vel holem, mutatur in ſcheua, -: verò & ִי. & וּ manent, vt פָּקַד פָּקְדוּ פָּקְדָה &c. Quòd ſi contingat etiam

etiam primam radicalem habere ſcheua, mutabitur illud in hiric, vt תְּפְקוֹד תִּפְקְדִי , פְּקוֹד פִּקְדִי. Idem fit, ſi prima radicalis habeat ſcheua, & præponantur literæ ſeruiles, quæ etiam cum ſcheua punctari ſolent, vt ſunt היתנ, ב כ ל. Sin contingat eam, quæ ſcheua recipere debet, eſſe gutturalem, recipit eius loco ſcheua compoſitũ, & litera præcedens habet eius ſimplex punctum, iuxta ſecundam obſeruationem de diuiſione literarum traditam.

In participio præterito Cal, & in ſecunda plurali præteriti Cal vtriuſq; generis, mutatur ָ initiale in ſcheua, aut ſub gutturali in ֲ. In cæteris perſonis præteriti manet. In cæteris coniugationibus à principio nulla fit mutatio, ſed manet eadem punctatio in omnibus

mnibus perſonis, quam habent perſonæ in tabula poſitæ.

Præteriti forma triplex eſt, vt יָכֹל פָּקַד זָקֵן. Quæ in ַ deſinit, frequentiſsima eſt: Quæ in ֵ, in cæteris perſonis primæ formæ fit ſimilis: Quæ verò in holem, retinet ipſum inuariatum, exceptis tertijs perſonis, in quibus in ſchevua mutatur. Poſteriores duæ formæ manent etiam in Participio præſenti. Participium fœmininum dupliciter formatur, vel in ָה, vel in ת præcedente gemino ֶ ֶ, quod eſt frequentius, ſolo Paul in Cal excepto, vbi tantùm in ָה formari poteſt. Cum tertia eſt ח vel ע, mutatur geminum ֶ ֶ in geminum ַ ַ.

Vau conuerſiuum mutat ֵ finale in futuro in ֶ, & ִי. in ֵ, aut propter gutturalem in ַ. Sed vt

peruideas

peruideas melius ea quæ dicta ſunt hactenus de formatione temporum, ob oculos tibi ponam integrum paradigma verbi perfecti per omnes omnium coniugationum modos & tempora deductum.

## *PARADIGMA OMNIum coniugationum in perfectis.*

### CAL.

Præteritum.

| Plur. 1 | Plur. 2 | Plur. 3 | Sing. 1 | Sing. 2 | Sing. 3 | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| פָּקַדְנוּ | פְּקַדְתֶּם | פָּקְדוּ | פָּקַדְתִּי | פָּקַדְתָּ | פָּקַד | M. |
| | פְּקַדְתֶּן | | | פָּקַדְתְּ | פָּקְדָה | F. |

| Particip. præt. P. | Particip. præt. S. | Particip. præſ. P. | Particip. præſ. S. |
|---|---|---|---|
| פְּקוּדִים | פָּקוּד | פּוֹקְדִים | פּוֹקֵד |
| פְּקוּדוֹת | פְּקוּדָה | פּוֹקְדוֹת | פּוֹקְדָה & פּוֹקֶדֶת |

Impe-

Imperatiuus. Infinitiuus.

P. S.

M. פָּקוֹד בִּפְקוֹד כְּ לְ מִפְּקוֹד — M. פְּקוֹד פִּקְדוּ

F. פִּקְדִי פְּקֹדְנָה

## Futurum.

| P. 3 | P. 2 | P. 1 | S. 3 | S. 2 | S. 1 | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| יִפְקְדוּ | תִּפְקְדוּ | נִפְקוֹד | יִפְקוֹד | תִּפְקוֹד | אֶפְקוֹד | M. |
| תִּפְקֹדְנָה | תִּפְקֹדְנָה | | תִּפְקוֹד | תִּפְקְדִי | | F. |

# NIPHAL.

## Præteritum.

| Plural. 1 | Plural. 2 | Plural. 3 | Singul. 1 | Singul. 2 | Singul. 3 | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| נִפְקַדְנוּ | נִפְקַדְתֶּם | נִפְקְדוּ | נִפְקַדְתִּי | נִפְקַדְתָּ | נִפְקַד | M. |
| | נִפְקַדְתֶּן | | | נִפְקַדְתְּ | נִפְקְדָה | F. |

Infinitiuus. Particip. præſens.

| Infinitiuus | P. | S. | |
|---|---|---|---|
| הִפָּקֵד בְּ כְּ לְ | נִפְקָדִים | נִפְקָד | M. |
| מֵהִפָּקֵד | נִפְקָדוֹת | נִפְקָדָה & נִפְקֶדֶת | F. |

Impera-

## Imperatiuus.

| | S. | P. |
|---|---|---|
| M. | הׇפְקַד | הׇפְקְדוּ |
| F. | הׇפְקְדִי | הׇפְקַדְנָה |

## Futurum.

| | S. 1 | S. 2 | S. 3 | P. 1 | P. 2 | P. 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|
| M. | אׇפְקַד | תׇּפְקַד | יׇפְקַד | נׇפְקַד | תׇּפְקְדוּ | יׇפְקְדוּ |
| F. | | תׇּפְקְדִי | תׇּפְקַד | | תׇּפְקַדְנָה | תׇּפְקַדְנָה |

# P I E L.

## Præteritum.

| | S. 3 | S. 2 | S. 1 | P. 3 | P. 2 | P. 1 |
|---|---|---|---|---|---|---|
| M. | פִּקֵּד | פִּקַּדְתָּ | פִּקַּדְתִּי | פִּקְּדוּ | פִּקַּדְתֶּם | פִּקַּדְנוּ |
| F. | פִּקְּדָה | פִּקַּדְתְּ | | | פִּקַּדְתֶּן | |

| Particip. præt. | | Particip. præſ. | |
|---|---|---|---|
| P. | S. | P. | S. |
| מְפֻקָּדִים | מְפֻקָּד | מְפַקְּדִים | מְפַקֵּד |
| מְפֻקָּדוֹת | מְפֻקָּדָה & מְפֻקֶּדֶת | מְפַקְּדוֹת | מְפַקְּדָה & מְפַקֶּדֶת |

Imperatiuus. Infinitiuus.

P. S.

פַּקֵּד : בְּ כְּ לְ מְפַקֵּד : ' M. פַּקֵּד פַּקְּדוּ

F. פַּקְּדִי פַּקֵּדְנָה

Futurum.

P. S.

3 2 1 3 2 1

M. אֲפַקֵּד תְּפַקֵּד יְפַקֵּד נְפַקֵּד תְּפַקְּדוּ יְפַקְּדוּ

F. תְּפַקְּדִי תְּפַקֵּד תְּפַקֵּדְנָה תְּפַקֵּדְנָה

# P V A L.

## Præteritum.

P. S.

1 2 3 1 2 3

M פֻּקַּד פֻּקַּדְתָּ פֻּקַּדְתִּי : פֻּקְּדוּ פֻּקַּדְתֶּם פֻּקַּדְנוּ

F. פֻּקְּדָה פֻּקַּדְתְּ פֻּקַּדְתֶּן

Infinitiuus. Particip. præſ.

P. S.

פֻּקּוֹד : M. פֻּקָּד פֻּקָּדִים

F. פֻּקָּדָה

Imperatiuo caret. פֻּקֶּדֶת & פֻּקָּדוֹת

Futu-

Futurum.

| | P. | S. |
|---|---|---|
| | 3 2 1 | 3 2 1 |
| M. | תָּפְקְדוּ יָפְקְדוּ נָפְקַד | אָפְקַד תָּפְקַד יָפְקַד |
| F. | תָּפְקַדְנָה תָּפְקַדְנָה | תָּפְקְדִי תָּפְקַד |

# HIPHIL.

Præteritum.

| | 3 2 1 | 3 2 1 |
|---|---|---|
| M. | הִפְקִיד הִפְקַדְתָּ הִפְקַדְתִּי | הִפְקִידוּ הִפְקַדְתֶּם הִפְקַדְנוּ |
| F. | הִפְקִידָה הִפְקַדְתְּ | הִפְקַדְתֶּן |

| | Particip. præſ. S. | Particip. præſ. P. | Paticip. præt. S. | Paticip. præt. P. |
|---|---|---|---|---|
| M. | מַפְקִיד | מַפְקִידִים | מָפְקָד | מָפְקָדִים |
| F. | מַפְקִידָה & מַפְקֶדֶת | מַפְקִידוֹת | מָפְקָדָה & מָפְקֶדֶת | מָפְקָדוֹת |

Imperatiuus.

M. הַפְקֵד הַפְקִידוּ

F. הַפְקִידִי הַפְקֵדְנָה

Infinitiuus.

הַפְקֵד בְּ כְּ לְ מֵהַפְקִיד

Futurum.

M. אַפְקִיד

M. אַפְקִיד תַּפְקִיד יַפְקִיד נַפְקִיד תַּפְקִידוּ יַפְקִידוּ

F. תַּפְקִידִי תַּפְקִיד      תַּפְקֵדְנָה תַּפְקֵדְנָה

## HOPHAL.

### Præteritum.

| | S. | | | P. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | 3 | 2 | 1 | 3 | 2 | 1 |
| M. | הָפְקַד | הָפְקַדְתָּ | הָפְקַדְתִּי | הָפְקְדוּ | הָפְקַדְתֶּם | הָפְקַדְנוּ |
| F. | הָפְקְדָה | הָפְקַדְתְּ | | | הָפְקַדְתֶּן | |

Participio & Imperatiuo caret.

Infinitiuus.

הָפְקֵד

### Futurum.

| | S. | | | P. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | 1 | 2 | 3 | 1 | 2 | 3 |
| M. | אָפְקַד | תָּפְקַד | יָפְקַד | נָפְקַד | תָּפְקְדוּ | יָפְקְדוּ |
| F. | | תָּפְקְדִי | תָּפְקַד | | תָּפְקַדְנָה | תָּקַדְנָה |

## HITHPAEL.

### Præteritum.

| | S. | | | P. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | 3 | 2 | 1 | 3 | 2 | 1 |
| M. | הִתְפַּקֵּד | הִתְפַּקַּדְתָּ | הִתְפַּקַּדְתִּי | הִתְפַּקְּדוּ | הִתְפַּקַּדְתֶּם | הִתְפַּקַּדְנוּ |
| F. | הִתְפַּקְּדָה | הִתְפַּקַּדְתְּ | | | הִתְפַּקַּדְתֶּן | |

Infinitiuus

| Infinitiuus. | Particip. præſ. | |
|---|---|---|
| | P. | S. |
| הִתְפַּקֵּד בְּ כְּ לְ | מִתְפַּקְּדִים | M. מִתְפַּקֵּד |
| מֵהִתְפַּקֵּד | מִתְפַּקְּדוֹת | F. מִתְפַּקְּדָה & מִתְפַּקֶּדֶת |

Imperatiuus.

| P. | S. | |
|---|---|---|
| הִתְפַּקְּדוּ | הִתְפַּקֵּד | M. |
| הִתְפַּקֵּדְנָה. | הִתְפַּקְּדִי | F. |

Futurum.

| 3 | 2 | 1 | 3 | 2 | 1 | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| יִתְפַּקְּדוּ | תִּתְפַּקְּדוּ | נִתְפַּקֵּד | יִתְפַּקֵּד | תִּתְפַּקֵּד | אֶתְפַּקֵּד | M. |
| | תִּתְפַּקֵּדְנָה | | תִּתְפַּקֵּדְנָה | תִּתְפַּקֵּד | תִּתְפַּקְּדִי | F. |

*SECVNDVS ORDO*
*quieſcentia in prima* א
*vel* י.

QVæ ab א incipiunt, in ijs א quieſcit tantùm in futuro Cal in holem literarum אֵיתָן, in prima

 perſona

perſona ſingulari implicitè, ne א geminetur, in cæteris expreſsè ſcriptum, vt אֹמַר תֹּאמַר יֹאמַר. Et ſunt tantùm quatuor verba huius generis, videlicet אָמַר dixit, אָכַל comedit, אָבַד perijt, אָחַז tenuit, quòd & perfectè coniugatur. Secunda radicalis in futuro Cal punctatur cum ◌ַ vel ◌ֵ, vt אֹכַל & אֹכֵל, & cum ו conuerſiuo & accentu in penultima cum ◌ֶ, vt וַיֹּאמֶר & dixit. In cæteris temporib. & coniugationib. ſunt perfectis ſimilia, niſi quod ſub א pro ◌ְ ſimplici habent aut ◌ֱ, vt in Cal, Niphal, & præter. Hiphil, aut ◌ֳ vt in Hophal & participio præterito Hiphil: aut ◌ֲ vt in cæteris temporibus Hiphil: Et literæ ſeruiles præfixæ habent tale ſimplex punctum, ◌ֶ ◌ָ ◌ַ, iuxta obſeruationem ſecundam de diuiſione

uiſione literarũ ſuprà traditam.

Quæ ab י incipiunt, abijciunt ipſum in Imperatiuo, Infinitiuo, & Futuro Cal, & literæ אֵיתָן ac ſecunda radicalis punctantur cum ‥, & Infinitiuus aſſumit in fine ת præcedente gemino ‥ ‥ vel – –, ſi ſecunda vel tertia ſit gutturalis, vt שֵׁב ſede, אֵשֵׁב ſedebo, שֶׁבֶת ſedere, דַּעַת ſcire. In quibuſdam formatur Infinitiuus perfectorum more, vt יְבוֹשׁ areſcere: Et in Futuro in quibuſdã י quieſcit in hiric magno, vt אִירַשׁ poſsidebo: Et יָכֹל peculiari modo format Futurum, quieſcente י in וֹ, vt תּוּכַל יוּכַל אוּכַל. In præteriti & participio Niphal, & in toto Hiphil, mutatur י in וֹ vt נוֹרַע נוֹרָע הוֹשִׁיב מוֹשִׁיב: In Hophal verò & particip. præt. Hiphil in וּ, vt הוּרַע מוּרָע. In Infin. Imperat. & Futuro Niphal mutatur י in

ו conſonantem , vt commodius imprimi poſsit dages , vt הוּשַׁע אוּשַׁב, quod idem fit in quorundam hithpaël, vt הִתְוַדַּע. In cæteris nihil differunt â perfectis.

*Quieſcentia in ſecunda*
*ו vel י.*

Quæ mediam radicalem habent ו vel י, faciunt illam quieſcere in vocali cognata, videlicet ו in וּ vel וֹ, & י in hiric magno, idque in Infinitiuo, Imperatiuo, & Futuro Cal, vt שִׁיר שִׁירוּ אָשִׁיר אָקוּם תָּקוּם: תָּשִׁיר קוּם קוּמוּ. Cum ו conuerſiuo mutatur וּ vel וֹ ָ hatuph vel ַ, & יִ. in ֵ vel ֶ , vel propter gutturalem in ַ. In cæteris temporibus & coniugationibus habent vtraq; eandem formationem. Literæ אֵיתָן punctantur cum ָ in Cal: At in verbo בּוֹשׁ cum ֵ. In præterito,

rito, & participio præſenti euaneſcit ו, & prima radicalis punctatur in tertijs perſonis cū ָ, in cæteris cum ַ, ne ſcheua fiat mobile, vt שַׁרְתָּ שַׁרְתִּי שָׁר שָׁרָה שָׁרוּ שָׁרִים. Participium præteritum formatur per ו, vt קוּם קוּמִים.

In Niphal præponitur נ cum ָ in tertijs perſonis, vt נָקוֹם: Et in omnibus temporibus quies fit per ו, vt הִקּוֹם אֶקּוֹם. In cæteris perſonis præteriti ָ ſub נ mutatur in ſcheua, & quies fit per ו vel ו, & poſt tertiam radicalem ante terminationes perſonarum interponitur ו, vt נְקוּמוֹתָ נְבוּנוֹתִי.

In piel & pual fit quies per ו, & tertia radicalis geminatur, vt קוֹמֵם קוֹמַמְתָּ. Literæ אֵיתָן Futuro, & מ participijs, præponitur cum ſcheua, & duo participia per ָ &

.. diſcernuntur," vt מְקוֹמֵם אֲקוֹמֵם תְּקוֹמֵם מְקוֹמֵם &c.

In Hiphil fit quies per hiric magnum aut .., & præponuntur literæ אֵיתָן Futuro, & ה Infinitiuo & Imperatiuo cũ ָ, vt הָקִים אָקִים הָקֵם: ה verò in præterito, & מ in participio præſenti cum .., vt הֵקִים מֵקִים: At in participio præterito מ cum וּ vt מוּקָם.

In Hophal euaneſcit ו, & pręponitur ה & literæ אֵיתָן cum וּ, vt הוּקַם אוּקַם תּוּקַם.

In Hithpaël præponuntur tantùm ſyllabæ ſeruiles הִתְ מִתְ &c. cõiugationi piel, vt מִתְקוֹמֵם הִתְקוֹמֵם 2c.

Cæteræ perſonæ præteriti in Piel, Pual, Hophal, & Hithpaël exeũt vt in præterito Cal, vt הִתְקוֹמַמְתָּ קוֹמַמְתָּ הוּקַמְתָּ ſicut קַמְתָּ: At in Hiphil duplex eſt terminatio, videlicet, vel vt in Cal, manente .. ſub

ה, vt

ה, vt הֲקֵמֹתָ ſicut קַמֹתָ: vel vt in Ni-
phal, mutato ־ָ ſub ה in ſcheua cõpoſitũ, & interpoſito ו ante terminationes, vt הֲקִימוֹתָ ſicut נְקוּמוֹתָ.

*Quieſcentia in tertia* א *vel* ה.

Quæ in א deſinunt: à principio formantur vt perfecta: א verò quieſcit in præterito Cal in ־ָ, vt מָצָה מָצָאתָ: Et in futuro coniugationum Cal, Pual, & Hophal, vt אֻמְצָא אֲמֻצָּא אֶמְצָא: Et in participijs paſsiuis, vt מְצָא נִמְצָא: Et in participio præterito Pual & Hiphil, vt מֻמְצָא מְמֻצָּא: Et in tertia perſona prȩteriti Niphal, pual, hophal, vt מֻצָּא הֻמְצָא נִמְצָא: Et in Imperatiuo Cal, vt מְצָא. Cætera tẽpora deſinunt vt in perfectis, vt participium præſens in Cal מוֹצֵא ſicut פּוֹקֵד, niſi quod fœmininum huius in ־ת deſinens, pro gemi-

gemino ◌ֶ ◌ֶ desinit in vnum ◌ֵ, vt מוֹצֵאת: participium præteritum מָצוּא ſicut פָּקוּד: In Niphal, Infinitiuo & Imperatiuo הִמָּצֵא ſicut הִפָּקֵד, Futuro אֶמָּצֵא ſicut אֶפָּקֵד: In Piel מַצֵּא ſicut פַּקֵּד: In Hiphil הַמְצִיא ſicut הַפְקִיד. In cæteris perſonis præteriti cæterarum coniugationum (præter Cal) quieſcit א in ◌ֵ, vt מִצֵּאתָ נִמְצֵאתָ הִתְמַצֵּאתָ הֻמְצֵאתָ. Infinitiuis additur in fine ת, quieſcente א in holem.

Quæ in ה deſinunt, retinent ipſum, cum nihil in fine accedit, præcedente in præteritis ◌ָ, in Imperatiuis ◌ֵ, & in futuris ac participijs ◌ֶ. Accedentibus verò ſyllabis in fine, mutatur ה in י, in Cal præcedente hiric, vt ſit hiric magnum, in cæteris coniugationibus præcedēte ◌ֵ vel ◌ִ, vt נִגְלֵיתָ גִּלִּיתָ גלית.

גָּלִיתָ & גִּלֵּיתָ &c. In participio præterito mutatur ה in י quieſcẽs ſeu coaleſcens cum ו vt גָּלוּי. Accedente in fine ים. י. ו ות planè abijcitur ה, vt גָּלוּ גָּלִי גּוֹלִים גּוֹלוֹת. Accedente altero ה vt in tertia præteriti fœminina, mutatur ה radicale in ת, vt גָּלְתָה. Idem fit in Infinitiuo, vt בִּגְלוֹת, qui tamen abſolutus etiam integrè formatur, vt גָּלֹה. Ab initio hæc verba formantur vt perfecta. Propter ו conuerſiuum abijcitur ה radicale in futuro cum ◌ֶ præcedente, & præterea cætera puncta vſque ad literas אֵיתָן mutantur in geminum ſcheua quieſcens in Cal & Hiphil, ſi conſonantes ſint connexiles, vt וַיֵּשְׁבְּ וַיַּשְׁקְ, & in Cal אֵיתָן inueniuntur etiam cum ◌ֵ, vt וַיֵּבְךְּ וַיֵּשְׁתְּ: ſin conſonantes non ſint connexiles, pro gemino ſcheua po-

ua ponitur ∵ ſub prima radicali, vt וַיִּפֶן נִפֶּן וַיֶּפֶר in Hiphil. Si tertia ſit gutturalis, mutatur ∵ in –, vt וַיַּשַׁע וַיִּתַּע: Si verò prima ſit gutturalis, etiam literæ אֵיתָן recipiunt –, vt וַיַּעַל וַיַּעַשׂ. Quæ mappic habent in הּ tertia radicali, non mutant ipſam, ſed coniugantur vt perfecta, & ſunt quatuor hæc, גָבַהּ excelluit, כָּמַהּ concupiuit, נָגַהּ ſplenduit, תָּמַהּ admiratus eſt.

## TERTIVS ORDO.

*Defectiua in prima נ vel י.*

QVÆ primam radicalem habent נ, abijciunt ipſam in toto Hiphil & Hophal, & in præterito ac participio Niphal, & in futuro Cal, & defectum eius ſignant per dages in ſecunda radicali, vt נִגַּשׁ אֶגַּשׁ תִּגַּשׁ הִגִּישׁ הֻגַּשׁ &c.

Abijci-

Abijcitur נ in quibuſdam & in Infinitiuo & Imperatiuo Cal, & aſſumitur in Infinitiuo ad finem ת, more quieſcentium in prima י, vt גֶּשֶׁת גֵּשׁ גַּשׁ גּוֹשׁ. Et ſi tertia ſit gutturalis, pro gemino ֶ ֶ ponitur geminum ַ ַ, vt גַּעַק פַּחַת טַעַת. Idem fit in horum Imperatiuis, vt פַּח גַּע. In cæteris planè conuenit illis cum perfectis.

Quæ primam radicalem habent י deficientem, non quieſcentem, ſunt hæc: יָצַב יָסַר יָגַח יָקַן יָצַר יָצַק יָצַע יָצַג, & cum his לָקַח quod ל deperdit, & quod inter mixta pertinet יָצַת י Quæ omnia abijciunt ſuum Iod ijſdem locis, quibus præcedentia ſuum נ. Inueniuntur & quorundam Infinitiui, Imperatiui & Futura in Cal integrè, & quorundam vtroque modo.

De.

## *Defectiua in ſecunda, quæ tertiæ eſt ſimilis.*

Quæ ſecundam & tertiam habent ſimiles, abijciunt priorem inter coniugandum, & defectum eius ſignant per dages in ſequenti. Imitantur hæc verba maxima ex parte flexionem quieſcentium in media radicali, niſi quòd hæc in tertia præteriti Cal maſculina habent ַ, vt סַב pro סָבַב, cum illa habeant ָ, vt בָּן : Et pro וּ, quod in illis interponitur, hæc habent dages in tertia radicali, vt נְסַבּוֹתָ ſicut נְבוּנוֹתָ in Niphal, ſic & in Cal סַבּוֹתָ. In Cal eſt in his holem, vbi in quieſcentibus eſt וּ, vt קוּם קוּמוּ אָקוּם סֹב סֹבּוּ אָסֹב תָּסֹב. In Niphal hæc habent ַ, vbi in quieſcentibus eſt וֹ, vt נָסַב נָכוֹן. In Hiphil eſt in his ֵ, vbi in quieſcentibus

tibus eſt ִי., & hiric paruum cum dages, vbi in illis eſt hiric magnũ, vt הֵרֵב הֵבִין ׃ הֲסִבּוֹתָ הֲבִינוֹתָ. Hophal quieſcentibus ſimile formant, vt הוּסַב ſicut הוּקַם. Piel, Pual, & Hithpaël formantur integrè vt in perfectis, aut vt in quieſcentibus in media, vt סִבֵּב & סֻבַּב vel סוֹבֵב, ſic הִסְתַּבֵּב vel הִסְתּוֹבֵב Vau conuerſiuum mutat וֹ in ◌ָ in Cal, & in Hiphil ◌ֵ in ◌ֶ, & in vtroq; interdum in ◌ַ.

### *Defectiua in tertia ן vel ת.*

Quæ tertiam radicalem habent ן, abijciunt illam in perſonis in נו & נָה deſinentibus, & defectũ eius ſignant per dages in נ ſequenti, idq; fit in prima perſona plurali præteriti, & in ſecunda ac tertia plurali fœminina Imperatiui & futuri in omnibus coniu-

gationibus, vt שָׁכַנּוּ pro שָׁכַנְנוּ ſicut פָּקַדְנוּ ſic שְׁכֹנָּה pro שְׁכֹנְנָה, & תִּשְׁכֹּנָּה pro תִּשְׁכֹּנְנָה, ſicut פְּקֹדְנָה & תִּפְקֹדְנָה.

Quæ tertiam radicalem habent ת, abijciunt illam in perſonis præteriti in תָּ תְּ תִּי תֶּם תֶּן deſinentibus, in omnibus coniugationibus, & defectum eius ſignant per dages, in ת ſequenti, vt שָׁחַתָּ pro שָׁחַתְתָּ ſicut פָּקַדְתָּ &c.

## QVARTVS ORDO.

*Mixta ex quieſcentibus in prima א vel י, & quieſcentibus in tertia א vel ה.*

Hæc à principio ſequuntur formationem quieſcentium primi generis, & in fine mutantur quieſcentia tertij generis, de quibus dictum eſt ſuprà ſeparatim in ſecun-

ſecundo ordine. Talia ſunt, אָבָה
אָפָה יָרֵא יָפָה יָרָה יָרָה יָצָה.

*Mixta ex defectiuis in prima* נ, *& quieſcentibus in tertia* א *vel* ה

Hæc ab initio imitãtur defectiua primi generis, & in fine quieſcẽtia tertij generis, de quibus ſingulis vide ſuprâ in tertio & ſecundo ordine. Talia ſunt: נָשָׂא נָטָה נָשָׁה נָשָׂא.

*Mixta ex defectiuis in prima* נ *vel* י, *& defectiuis in tertia* ן *vel* ת.

Hæc à principio imitantur defectiua primi generis, & in fine defectiua tertij generis, de quibus dictum eſt ſuprà in tertio ordine. Talia ſunt; יָצַת & נָתַן, quod poſterius ſuum ן amittit etiam

in perſonis תָּ תְּ תִּי תֶּם תֶּן deſinentibus, vt: נָתַתָּ נָתַתְּ נָתַתִּי נְתַתֶּם נְתַתֶּן.

*Mixta ex quieſcentibus in prima א vel י, & defectiuis in tertia; vel ת.*

Hæc à principio formantur vt quieſcentia primi generis, & in fine vt defectiua tertij generis, de quibus vide in ſecundo & tertio ordine. Talia ſunt; יָאַת & יָשַׁן.

*Mixta ex quieſcentibus in media ו vel י, & quieſcentibus in tertia א.*

Hæc aſſumunt literas ſeruiles in principio, vt quieſcentia ſecundi generis, & aſſumunt in fine terminationes, vt quieſcentia in א tertij generis, & ſunt בָּאתָ בָּאתִי בּא. Et quę in hiphil tantum vſurpantur הֵבִיא & הֵקִיא.

*Mixta*

*Mixta ex quieſcentibus in media ו vel י, & defectiuis in tertia ן vel ח.*

Hæc aſſumunt literas ſeruiles in principio, vt quieſcentia ſecundi generis, & accedentibus terminationibus נָה נוּ תֶּן תֶּם תִּי תְּ תָּ abijciunt ן & ח, & defectum eius ſignant per dages in ſequenti ח vel נ, vt בַּנּוּ pro בַּנְנוּ ſicut קַמְנוּ, ſic מַתִּי pro מַתְתִּי ſicut קַמְתִּי &c.

# QVINTVS ORDO.

*Quadrata quatuor aut quinq; literas radicales habentia.*

QVadrata dicuntur, quæ plures habent literas radicales, quàm perfecta, videlicet quatuor aut quinque. Quæ quatuor habent literas, pleraq; habent quaſdam

repetitas, vt טִלְטֵל, quædam etiam quatuor diuerſas, vt כִּרְבֵּל. Quæ quinq; habent literas, ſunt tantùm duo, חֲמַרְמַר & יְפֵיפָה. Coniugantur autem quadrata tantùm in Piel, Pual, & Hithpaël, eſt enim quarta litera loco dages. Atq; hactenus de verborum coniugationibus.

## DE NOMINE.

NOmini accidunt, Genus, Numerus, Figura, Caſus, Motio, Comparatio, Declinatio, Ordo, & Forma.

Genera duo ſunt. Omne enim nomen eſt aut Maſculinum aut Fœmininum. Quædam etiam in vtroq; genere vſurpata, reperiuntur. Pro Neutro genere in

adiectiuis

adiectiuis vſurpatur fœmininũ, vt אַחַת שָׁאַלְתִּי vnum petij: Interdum etiam Fœmininum, præſertim in pronominibus. Cognoſcitur autem genus, aut ex ſignificatione ſeu natura rei, aut ex adiectiuo addito, aut ex perſona verbi, aut ex affixo, aut ex terminatione. Deſinentia enim in ות ית. ־ֶת ־ָה fœminina ſunt: Maſculina omnia in aliquam radicalem literam deſinunt. Excipiuntur numeralia cardinalia à binario vſque ad denarium, in quibus contrarium fit, & fœminina maſculinorum, maſculina verò fœmininorum terminationem habent.

Numeri tres ſunt in nomine. Singularis, dualis & pluralis. Sed dualis numeri vſus

eſt in ijs tantùm, quæ natura bina ſunt, & terminatio eius eſt ־ִים, vt עֵינַיִם duo oculi. Sunt tamen defectiua, quorum alia ſingulari, alia plurali numero carent.

Figura duplex eſt: Simplex vt צֵל vmbra, compoſita vt, צַלְמָוֶת vmbra mortis. Componuntur autem appellatiua pauca, ſed plerumq; nomina propria hominum, locorum & aliarum rerum, vt מַלְכִּי־צֶדֶק Mechiſedec, בֵּית־לֶחֶם Bethlehem.

Caſus ſunt ſex, ſed non differunt terminatione, ſed ex ſententia dijudicantur. Interdum innuuntur literis ſeruilibus præpoſitis, tanquam articulis, videlicet; Genitiuus litera הַ ſequẽte dages: Datiuus litera לְ cum ſcheua: Accuſatiuus particula אֵת, vel cum maccaph אֶת־: Vocatiuus

tiuus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188886-p0058-5

tiuus litera ה,vt Genitiuus: Abla-
tiuus litera מִ cum hiric ſequente
dages.

Motio eſt, cum ex Maſculino
formatur Fœmininum aſſumpta
in fine litera ה præcedēte ָ , quod
plerumq; fit in adiectiuis, & tunc
ָ ſub prima litera plerumq; mu-
tatur in ſcheua, vt יָשָׁר יְשָׁרָה re-
ctus,recta, זָקֵן זְקֵנָה ſenex, anus,
קָדוֹשׁ קְדוֹשָׁה ſanctus ſancta. Mouē-
tur & ſubſtantiua quædam, vt
מֶלֶךְ מַלְכָּה rex regina.

Comparatio fit adiectione par-
ticularum, Comparatiuus qui-
dem adiectione particulæ יוֹתֵר vel
עוֹד ad adiectiuum: Superlatiuus
verò adiectione particulæ מְאֹד, vel
geminatione adiectiui, vt רַע רַע
malus malus, id eſt, peſsimus. Ef-
fertur etiam Comparatiuus per
מ præfixum ſubſtantiuo, cum

quo fit comparatio, non adiectiuo, Et Superlatiuus per ־מִכָּל.

Declinationes duæ ſunt: vna Maſculinorum, quæ in plurali deſinit in ים. : Altera fœmininorum, quæ in plurali deſinit in וֹת, vt שִׁיר שִׁירִים : שִׁירָה שִׁירוֹת. Sunt tamen Heteroclita, quæ Maſculina in plurali declinantur vt fœminina, vt אָב pater, אָבוֹת patres: Et contrà Fœminina, quæ in plurali declinantur vt Maſculina, vt אִשָּׁה mulier, נָשִׁים mulieres.

Ordines nominum totidem ſunt, quot verborum. Pleraque enim à verbis deducuntur. Deriuantur autem alia à coniugatione Cal, quæ nullum habent dages: alia à Piel, quæ mediam habent dageſſatam: alia ab Hiphil

Hiphil quibus præponuntur literæ הֶאֱמַנְתִּי.

Formæ nominum in ſingulis ordinibus ſunt multiplices, quæ vſu diſcendæ ſunt. Alia enim alijs punctis ſignantur. Quæ itaq; eiuſdem ſunt formæ, etiam eandem punctorum mutationem habent, quæ docebitur infrà.

## DE PRONOMINE.

SVb Nomine comprehenditur Pronomen, propter genus, caſum, & numerum. Eſt autem Pronomen aliud ſeparatum, aliud affixum, quod verbis, nominibus & dictionibus in fine adijcitur.

*Pronomen primæ perſonæ vtriuſque generis.*

Singu-

| | Singular. | | Plural. | |
|---|---|---|---|---|
| N | אֲנִי & אָנֹכִי | Ego | אֲנַחְנוּ & נַחְנוּ | Nos |
| G | שֶׁלִּי | mei | שֶׁלָּנוּ | noſtri |
| D | לִי | mihi | לָנוּ | nobis |
| Ac. | אֹתִי | me | אֹתָנוּ | nos |
| Ab. | מִמֶּנִּי & מִנִּי | à me | מִמֶּנּוּ | à nobis. |

## Pronomen ſecundæ perſonæ.

| | | Maſculinum. | | Fœmininum. |
|---|---|---|---|---|
| S. | N | אַתָּה | Tu | אַתְּ |
| | G | שֶׁלְּךָ | tui | שֶׁלָּךְ |
| | D | לְךָ | tibi | לָךְ |
| | Ac. | אֹתְךָ | te | אֹתָךְ |
| | Ab. | מִמְּךָ | à te | מִמָּךְ |
| P. | N | אַתֶּם | Vos | אַתֶּן |
| | G | שֶׁלָּכֶם | veſtri | שֶׁלָּכֶן |
| | D | לָכֶם | vobis | לָכֶן |
| | Ac. | אֶתְכֶם | vos | אֶתְכֶן |
| | Ab. | מִמְּכֶם | à vobis | מִמְּכֶן |

## Pronomen tertiæ perſonæ.

Maſcu-

Maſculinum. Fœmininum.

S. N הוא Ipſe הִיא Ipſa
G שֶׁלּוֹ ipſius שֶׁלָּהּ ipſius
D לוֹ ipſi לָהּ ipſi
Ac. אֹתוֹ ipſum אֹתָהּ ipſam
Ab. מִמֶּנּוּ ab ipſo. מִמֶּנָּה ab ipſa.

P. N הֵם & הֵמָּה ipſi הֵן & הֵנָּה ipſæ
G שֶׁלָּהֶם ipſorũ שֶׁלָּהֶן ipſarũ
D לָהֶם & לָמוֹ ipſis לָהֶן ipſis
A אֶתְהֶם & אֹתָם ipſos אֹתָן *et* אֶתְהֶן ipſas
Ab. מֵהֶם ab ipſis מֵהֶן ab ipſis.

Sunt & hæc Pronomina ſeparata indeclinabilia, זֶה iſte, זוֹ & זאת iſta, זוּ is qui, hic qui, iſti iſtæ, אֵלֶּה iſti iſtæ, מִי quis, quæ? מָה quid? עֶצֶם met, ipſemet, ipſamet. Et relatiuum אֲשֶׁר vtriuſq; generis & numeri & omnium caſuum. Etiam poſſeſsiua pronomina, quæ abſolutè ſine ſubſtantiuis ponuntur, per hoc relatiuum efferuntur,

tur, adiecto datiuo pronominis primitiui, vt אֲשֶׁר לִי meus, a, um, per omnes caſus, genera & numeros. אֲשֶׁר לְךָ & אֲשֶׁר לָךְ tuus, a, um, per omnes caſus, genera & numeros. אֲשֶׁר לוֹ & אֲשֶׁר לָהּ & אֲשֶׁר לָהֶם & אֲשֶׁר לָהֶן ſuus, a, um, per omnes caſus, genera & numeros: אֲשֶׁר לָנוּ noſter, a, um, per omnes caſus & genera vtriuſq; numeri, אֲשֶׁר לָכֶם & אֲשֶׁר לָכֶן veſter, a, um, per omnes caſus, genera, & numeros.

## *Affixa.*

Primæ perſonæ ִי ־ִי נִי נוּ.
Secundæ perſonæ ךָ ךְ כֶם כֶן
Tertiæ perſonæ הָ ־ָהּ נָּה הֶם הֶן ם ן מוֹ וֹ הוּ נּוּ ־ָיו.

Ex his:

כִי נוּ נָה iunguntur ſolis verbis, & quibuſdam dictionibus, nunquam nominibus.

י. הֶם הֶן tantùm nominibus, & quibuſdam dictionibus, nunquam verbis, præter infinitiuum cui additur.

Reliqua & verbis & nominibus & dictionibus certo modo annectuntur.

*Requirunt autem ſingula ante ſe certa puncta.*

Perſonis in vocalem deſinentibus ſimpliciter adduntur affixa.

ךָ כֶם כֶן cum perſonis verborum & nominibus in conſonantem deſinentibus requirunt ante ſe ſcheua, aut ֲ ſub gutturalibus: cum nominibus pluralib. requirunt ante ſe ֵי.

ךְ fœ-

ךְ fœmininum requirit ante ſe .., & cum nominibus pluralibus יִ־.

נוּ נָה הָ הָ requirunt ante ſe ◌ֶ , & הָ, cum pluralib. nominib. ◌ֶי.

הּ ſemper requirit ante ſe ◌ָ .

ו & י ſuis vocalibus holem & hiric ſunt contenta: at cum nominibus pluralibus ſic punctantur ◌ָיו ◌ַי.

נִי præterito iunctum requirit ◌ַ, cum reliquis temporib. ◌ֵ.

נוּ & הוּ cum præterito requirunt ante ſe ◌ָ, cum reliquis temporibus & cum nominib. ◌ֵ.

ם & ן cum præterito, infinitiuo, participijs & nominibus requirunt ante ſe ◌ָ, cum Imperatiuo & Futuro ◌ֵ.

הֶם & הֶן iunguntur nominibus pluralibus, & requirunt ante ſe ◌ֵי.

מו requirit ante ſe ֵ.

Exponuntur autem affixa cum verbis per accuſatiuos primitiuorum, eum, eam, id, eos, eas, ea, te, vos, me, nos: Et cum dictionib. efferũtur per accuſatiuos aut ablatiuos, aut alios caſus, pro exigẽtia cõſtructionis: At cum nominib. exponũtur per poſſeſsiua omniũ caſuum, generum & numerorũ, vt meus a um, tuus a um, noſter a um, veſter a um, ſuus a um.

*Formæ affixorum quibus adijciuntur Verbis.*

1. Cum perſonis in ו & י. deſinentibus omnium temporum.

   נִי נוּ ךָ ךְ כֶם כֶן הוּ הָ ם ן.

2. Cum tertia perſona præteriti fœminina.

־ ֵנִי ־ ֵנוּ ָ־ ְךָ ָ־ ֵךְ ־ ְכֶם ־ ְכֶן
־ ֵהוּ ־ ֵהָ ָ־ ָם ָ־ ָן.

3. Cum cæteris perſonis præteriti quæ nec in ו nec in י. deſinunt.

־נִי ָ־נוּ ְךָ ֵ־ךְ ־ ְכֶם ־ ְכֶן וֹ ָ־הוּ ָ־הּ
ָ־ם ָ־ן.

4. Cum Imperatiuo & Futuro in ijs perſonis, quæ nec in ו nec in י. deſinunt.

ֵ־נִי ֵ־נוּ ָ־ ְךָ ֵ־ךְ ָ־ ְכֶם ָ־ ְכֶן ֵ־הוּ
ֶנּוּ ֶ־הָ ֵ־ם ֵ־ן.

5. Cum Infinitiuo.

י. ִ־נִי ֵ־נוּ ְךָ ֵ־ךְ ְכֶם ְכֶן וֹ ָ־הּ ָ־ם ָ־ן

*Formæ affixorum quibus adijciuntur nominibus & dictionibus.*

1. Singularibus.

י. ֵ־נוּ ְךָ ֵ־ךְ ְכֶם ְכֶן וֹ ָ־הּ ָ־ם ָ־ן ֵ־הוּ
Vltima forma eorum eſt, quæ tertiam radicalem habent ֶ־ה.

2. Plu-

### 2. Pluralibus.

ַי ..ֵינוּ ..ֶיךָ –ַיִךְ ..ֵיכֶם ..ֵיכֶן ָיו ֶיהָ
..ֵימוֹ ..ֵיהֶם ..ֵיהֶן

## DE DICTIONE.

Dictio complectitur omnes partes indeclinabiles, quæ ſunt Latinis Aduerbia, præpoſitiones, Coniunctiones, Interiectiones. Ex quibus quædam caſus poſt ſe regunt, quædam etiam affixa recipiunt, alia ſingularium, alia pluralium forma.

### *Aduerbia.*

Loci. In loco, אַי & אַיֵּה & אֵיפֹה & בְּאֵיזֶה vbi? Ad hæc reſpondetur. פֹּה vel פֹּא & בָּזֶה hîc, שָׁם ibi, illic, iſtic, אֲשֶׁר שָׁם vbi, relatiuè, בַּיִת intus, חוּץ foris, מַעַל ſuprà, מַטָּה infrà, בְּתוֹךְ intus &c.

Ad locum לְאַיִן & לְאָן & אָן & אָנָה Quo? Quorſum? Ad hæc reſpondetur. שָׁמָּה & הֵנָּה illuc, iſtuc, בַּיְתָה intrò, לַחוּץ & חוּצָה foras, הָלְאָה vltrà, אֲשֶׁר שָׁמָּה quò, relatiuè.

De loco, מֵאֵי זֶה & מֵאַיִן vnde? ad hæc reſpondetur, מִזֶּה & מִפּוֹ hinc, מִשָּׁם illinc, iſtinc, inde, מִבַּיִת intrinſecus, מִחוּץ extrinſecus, מֵעַל deſuper, ſupernè, מִתַּחַת ſubtus.

Temporis. מָתַי quando? Ad hoc reſpondetur, הַיּוֹם hodie, אֶתְמוֹל & אִתְּמוֹל & תְּמוֹל heri, אֶמֶשׁ heri veſperi nechten, שִׁלְשׁוֹם nudiuſtertius, מָחֳרָת & מָחָר cras, בֹּקֶר manè, עֶרֶב veſperi, נָא & עַתָּה nunc, כְּבָר iam, אֲזַי & אָז tunc, פִּתְאֹם ſtatim, mox, רֶגַע & פֶּתַע ſubitò.

עַד־אָנָה vſquequo? Quouſque? Quamdiu? Ad hoc reſpondetur תָּמִיד ſemper, iugiter, יוֹם יוֹם & כָּל־יוֹם quotidie, עוֹד adhuc, porrò,

rò, עַד vſq; , מֵאָז ex quo, ex illo,
לְעוֹלָם in æternum , עַד־אֲשֶׁר &
עַד־כִּי & עַד־אִם & עַד־אֲשֶׁר־אִם do-
nec, quoad.

Ordinis. עוֹד adhuc, præterea,
porrò, אַחַר poſtea, אַחֲרֵי poſtq;,
אַחֲרֵי־כֵן poſtea, deinceps.

Demonſtrandi. הֵא & הֵן En,
הִנֵּה ecce.

Affirmandi. כֹּה ita jo, כֵּן & כָּךְ &
בְּכֵן ſic, אוּלָם vtiq;, profectò, לָכֵן cer-
tè.

Negandi. לֹא, אַיִן, אֵין, בַּל, בְּלִי, בְּלֹא,
בִּלְתִּי, non, nequaquam, חָלִילָה ab-
ſit.

Iurandi. אָמְנָם & אֱמֶת verè, certè,
אָמֵן אָמֵן veriſsimè, בֵּאלֹהִים per De-
um, חֵי נַפְשִׁי per animam meam,
ſo war ich lebe, חֵי נַפְשְׁךָ viuit ani-
ma tua, ſo war du lebeſt, חַי יְהֹוָה
per Deum ſo war Gott lebet.

Prohibendi. אַל ne, לֹא non, לְבִלְתִּי

vt non , cum Infinitiuo, וְלֹא &
non,id eſt ne, cum Futuro, פֶּן ne
forte, cum futuro, & מ infinitiuo
præfixum,vt הִשָּׁמֵר מֵעֲשׂוֹת caue facias,vel ne facias.

Interrogandi. לָמָּה quare? מַדּוּעַ
cur? הֲלֹא nonne? הֵיךְ & אֵיךְ & אֵיכָה
quomodo? quo pacto? qualiter?
עַד־מָתַי quamdiu? מָתַי quando?
מָה quid? כַּמָּה quot? עַל־מָה quapropter? quamobrem? ad quid?
עַד־מָה quouſque? עַד־אָנָה vſque
quo?

Congregandi. יַחַד ſimul, pariter, יַחְדָו vnà, כְּאַחַד & כְּאֶחָד & כְּאַחַת
ad vnum.

Separandi vel excipiendi, לְבַד
ſolùm, ſeorſim, מִלְּבַד & זוּלַת præter, præterquam, אֶפֶס præter, niſi.

Optandi. לוּ & לוּא vtinam,
אַחֲלַי benè eſſet, מִי יִתֵּן quis det, id
eſt, ô ſi.

Hor-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188886-p0072-3

Hortandi vel Obſecrandi. אָנָּה &
אָנָּא & נָא age, obſecro, eia, quæſo,
monoſyllabum poſtponitur, cætera præponuntur.

Dubitandi. אוּלַי forſan, forſitan פֶּן ne fortè, אִם ſi, id eſt, an.

Comparandi יוֹתֵר plus, magis. מִן abiecto ן & ſignato dages in ſequenti, præ, præut.

Similitudinis. כִּדְמוּת inſtar, כְּמוֹ quaſi, tanquam, כֹּה ſic, כַּאֲשֶׁר quemadmodum, אֵיכָה ſicut, כֵּן ita, ſic.

Qualitatis. טוֹב benè, רַע malè, נָכוֹן æquè, אֱמֶת verè, מְהֵרָה feſtinanter. Et præpoſito ב ſubſtantiuis, בְּצֶדֶק iuſtè, בְּמִשְׁפָּט legitimè, בְּחָכְמָה ſapienter, בְּדַעַת ſcienter, בְּבִינָה prudenter, בֶּאֱמֶת verè, בִּמְהֵרָה feſtinanter, בְּיֹשֶׁר rectè. Et præpoſito ל, לָבֶטַח confidenter, לָנֶצַח iugiter, לְעוֹלָם ſempiternè, æternum.

Quantitatis. רַב & רַבָּה & הַרְבֵּה multum, מְעַט parum, זְעֵיר modicum, paululum. כִּמְעַט breui, כַּמָּה quantum.

Intendendi. מְאֹד valde, עַד־וְעַד magis magisq; מְאֹד מְאֹד maximè.

Remittendi. מְעַט מְעַט ſenſim, לְעַט paulatim.

Gentis. יְהוּדִית Iudaicè, אַשְׁכְּנָזִית Germanicè, רוֹמִית Latinè, יְוָנִית Græcè, עִבְרִית Ebraicè, כַּשְׂדִּית Chaldaicè, אֲרָמִית Syriacè.

## *Præpoſitiones.*

| | |
|---|---|
| אֶל ad | לְעֻמַּת contra |
| אֵצֶל apud, iuxta | לְבַד præter |
| אַחַר poſt | מִלְּבַד præter |
| אֵת cum | מוּל verſus, erga |
| בֵּין inter | מוּל aduerſus |
| בִּגְלַל propter | מִמּוּל è regione |
| בְּלֹא abſque | מִן à ab abs de è ex, præ. |
| בְּעַד pro, per | |

בַּעֲבוּר

| | | | |
|---|---|---|---|
| בַּעֲבוּר | propter | מֵעִם | cum, de, inter. |
| הָלְאָה | vltra | מֵעַל | de, ſuper |
| זוּלַת | præter | נֶגֶד | coram |
| חֵלֶף | pro, vice | נֹכַח | è regione, cõtra |
| חוּץ | extra | סָבִיב | circum, circa |
| כְּ | circiter | עִם | cum עִמָּד cum |
| כְּפִי | ſecundum | עַל | ſuper, ſupra |
| לְפִי | ſecundum | עֵבֶר | trans |
| לִפְנֵי | ante, corã | תַּחַת | pro, ſub, ſubter |
| לְמַעַן | propter | עַד | vſq;, tenus, vſq; ad, vſq; in. |

*Coniunctiones.*

Copulatiuæ. וְ & גַּם & אַף etiam.
Diſiunctiuæ. אוֹ aut, vel, ſiue.
Aduerſatiuæ. אַף־עַל־פִּי quamq̃;, אַךְ tamen, רַק veruntamen, אֲבָל & כִּי אִם ſed.
Conditionalis. אִם ſi.
Cauſales. כִּי quia, quoniam, לְמַעַן vt עֵקֶב eò quòd, יַעַן propterea quòd, עֵקֶב אֲשֶׁר & יַעַן אֲשֶׁר & יַעַן כִּי,

תַּחַת אֲשֶׁר &, תַּחַת כִּי &, עֵקֶב כִּי & בְּשַׁגָּם, יַעַן וּבְיַעַן &, עַל־אֲשֶׁר & Eo quòd, propterea quòd.

Ratiocinatiuæ. לָכֵן Igitur, עַל־כֵּן propterea.

Extenuatiuæ. לוּלֵא & לוּלֵי niſi.

### *Interiectiones.*

| | |
|---|---|
| אָח ah | אֹו o |
| הֶאָח ah, euge. | אִי væ |
| אֲבוֹי vah, papæ. | אֲהָהּ eheu, eho. |
| אוֹי ô, eia, væ. | הָהּ heu, væ. |
| אוֹיָה væ. | הוֹ o. |
| אַלְלַי væ mihi, hei mihi. | הוֹי heu, hei. |
| | הוָֹה heu. væ. |

Hæ pro exigentia orationis ſignificant, vel gaudium, vel dolorem, vel admirationem, vel irriſionem, vel exclamationem, vel comminationem.

De

*De literis ſeruilibus, quæ & dictiones conſtituunt, & ad faciendam orationem conferunt, quæ ſunt* מֹשֶׁה וְכָלֵב.

מ In principio ſeruiens efficit præpoſitionem à, ab, abs, de, è, ex, propter, præ. Hac vtimur in conſtructione cõparatiui, vbi Latini vtuntur Ablatiuo, vt: זָהָב יָקָר מִכֶּסֶף. Aurum precioſius eſt argento. Cum Infinitiuo efficit coniunctiuum cum particula ne, vel vt non, vt הִשָּׁמֵר מֵעֲשׂוֹת caue facias, vel ne facias. Significat etiam motum de loco, qui Latinis per localia vel ſupina poſteriora effertur. Eius punctum eſt hiric, ſequente dages, quod cum poni non poteſt ſequente gutturali vel ר, mutatur hiric in ‥.

ש In principio ſeruiens efficit prono-

pronomen relatiuum vtriuſque generis & numeri: Item coniunctione Quòd, vt, quia. Punctum eius eſt ◌ֶ ſequente dages, ſi modò poni poteſt, ſin minus, habet ◌ֶ ſolum, interdum etiam ◌ַ.

ה In principio ſeruiens efficit articulum demonſtrandi, vel genitiuum. Eius punctum eſt ◌ַ ſequente dages, quod cum poni non poteſt, mutatur ◌ַ in ◌ָ. Ante ה & ח cum ◌ָ habet ſolum ◌ַ vel ◌ֶ. Literæ ſcheuatæ modò imprimit dages, modò ſolùm ◌ַ ante illam habet, præſertim in participijs piel. Eſt etiam aduerbium admirandi aut interrogandi, & tunc habet ◌ֲ, aut ante gutturalem & ante literam ſcheuatam ſolum ◌ַ, aut ſi gutturalis habeat ◌ָ, ה habet ◌ֶ. Nominibus in fine addita efficit motum ad locũ,

vt

vt אַרְצָה ad terram. Cum mappic efficit affixum tertiæ perſonæ generis fœminini, vt אִישָׁהּ vir eius.

ו Eſt coniunctio copulatiua in principio ſeruiens, & tamen etiam pro aliarum poteſtatum coniunctionibus ponitur. Eius punctum eſt ſcheua. Sin præponatur literæ ſcheuatæ aut בומף, id eſt, labiali, mutatur ſcheua ipſius in ſchurec, quæ pro breui vocali reputatur, & ſcheua ſubſequens facit quieſcere, vt וּבְדֶרֶךְ. Ante י ſcheuatum mutat vtrumque ſcheua in vnum hiric, vt וִידַבֵּר & loquetur. Excipitur vox יְהֹוָה ante quam habet ַ, vt וַיהֹוָה. Ante ֲ & ֱ habet tale ſimplex punctum ַ vel ֶ, vt וֶאֱמֶת וַאֲנִי. Excipitur dictio אֱלֹהִים ante quā habet ֵ, quieſcente א, vt וֵאלֹהִים:

Et

Et ante nomen אֲדֹנָי punctatur vt ante יְהוָה. Futuro præpoſita cum – , & dages in litera אֵיתָן, mutat etiam Futurum in Præteritum, vt וַיִּפְקֹד & viſitauit. Excipitur יְ ſcheuatum, cui non imprimit dages, vt וַיְהִי & fuit vel factum eſt: Ante א, quod dages non recipit, mutatur – in ָ. Cum præponitur præterito, ſi non præceſſerit alterum præteritum, mutat ipſum in Futurum, vt וְשָׁמַרְתָּ & cuſtodies, & tunc punctatur cum ſcheua, quod cum mutandum eſt, mutatur iuxta regulas iam traditas.

כ In principio ſeruiens eſt aduerbium ſimilitudinis, vt, ſicut, tanq̃, ita, ſic, velut, veluti, ceu, inſtar, quaſi, quemadmodum, qualiter, vt כְּאָב כְּבֵן quemadmodum pater, ita filius, vel, qualis pater, talis

talis filius, & qualis filius, talis pater. Efficit etiam præpoſitionem circiter cum numeralibus iunctum, vt: כְּשֵׁשׁ מֵאוֹת אֶלֶף circiter ſexcenta millia. Eius punctum eſt ſcheua, quod interdum in alias vocales mutatur, vt de litera ב dicetur. Cum Infinitiuo efficit tempus, quod vel per coniunctiuum cum particula cum vel poſtquam, vel per duos ablatiuos abſolutos effertur, vt. כִּשְׁמֹעַ עֵשָׂו cum audiſſet Eſau, כְּשָׁמְעִי cum audirem ego, vel audiente me.

ל In principio ſeruiens eſt nota Datiui caſus, aut Genitiui, cum autor vel poſſeſſor indicatur, vt נְאֻם יְהֹוָה לַאדֹנִי dixit Dominus Domino meo. Pſa. 110. מִזְמוֹר לְדָוִד Pſalmus Dauidis. לַיהֹוָה הָאָרֶץ Domini eſt terra. Pſalm. 2.

Signifi-

Significat etiam motum ad locũ, & tempus, vt לִירוּשָׁלַםִ Ieroſolymam, לְעוֹלָם in ſeculum. Cum infinitiuo efficit gerundium in di & dum, vel ſupinum prius, vel coniunctiuum cum particula vt, vt: לִשְׁמוֹר cuſtodiendi gratia, vel ad cuſtodiendum, vel cuſtoditum, vel vt cuſtodiam, as, at, amus, atis, ant. Perſonæ indicantur per affixa addita. Eius proprium punctum eſt ſcheua, quod tamen & in alias vocales mutatur, vt in litera ב dicetur. Ante monoſyllaba longa, & diſſyllaba accentum in penultima habentia, peculiariter habet ָ, vt לָקוּם ad ſurgendum, לָשֶׁבֶת ad ſedendum, לָגֶשֶׁת ad accedendum.

ב In principio ſeruiens efficit præpoſitionem in, cum, vel inter, Et adhibetur in ſignificatione in-

ſtrumenti.

ſtrumenti. Significat etiam in loco,&motum ad locum. Cum infinitiuo exponitur per coniunctiuum cum particula cum, vel per duos ablatiuos abſolutos, vt, בְּשׁוּב יְהֹוָה cum conuerteret Dominus, vel conuertente Domino. Eius proprium punctum eſt ſcheua. Sed ante literam ſcheuatam ſuum ſcheua mutat in hiric, vt בִּשְׁמוֹר. Sic & כ & ל, vt, כִּשְׁמוֹר לִשְׁמוֹר. Ante י ſcheuatum mutat vtrumq; ſcheua in vnum hiric, vt בִּירוּשָׁלַםִ. Idem faciunt כ & ל. Excipitur dictio יְהֹוָה, ante quam vtrumq; ſcheua mutatur in vnum ַ, vt בַּיהֹוָה כַּיהֹוָה לַיהֹוָה. Ante literam habentem ֲ vel ֱ habet tale ſimplex punctum ַ vel ֶ, vt בֶּאֱכוֹל. Similiter כ & ל. Excipitur nomen אֱלֹהִים ante

quod habent .. , quieſcente א
vt בֵּאלֹהִים כֵּאלֹהִים לֵאלֹהִים , quod
idem ſit in Infinitiuo לֵאמֹר : Et
ante nomen אֲדֹנָי habent vnum
–, vt בַּאדֹנָי לַאדֹנָי . Cum extru-
ditur ה demonſtrandi, literæ וכלב
vſurpant eius punctum , quod
quale ſit, dictum eſt ſuprà de lite-
ra ה, vt בַּבַּיִת pro בְּהַבַּיִת, וָאָרֶץ pro
כֶּחָצִיר, כְּהֶחָצִיר pro כַּחֶרֶב , וְהָאָרֶץ pro
לְהֶעָפָר pro לֶעָפָר , כְּהֶחָצִיר &c.

*De inueſtigatione thematis ſeu radicis.*

Abijce literas & ſyllabas ſer-
uiles omnes eo loco, vbi poſſunt
eſſe ſeruiles, de quibus dictum
eſt hactenus, & ſuprà in diui-
ſione literarum. His abiectis,
ſi remanſerint literæ eſſentiales
quatuor,

quatuor, verbum eſt quadratum vltimi ordinis. Sin remanſerint tres, verbum eſt perfectum primi ordinis, niſi prima vel tertia ſit א. Si remanſerint duæ literæ, verbum eſt aut quieſcens ſecundi, aut defectiuum tertij ordinis. Si eſt quieſcens, quod arguunt longæ vocales, tunc vel præpone י, vel interpone ו vel י, vel poſtpone ad finem ה. Si eſt defectiuum, quod arguunt vocales breues & dages illas ſequens, tunc vel præpone נ aut י, vel duplica poſteriorem, vel adde in fine ן aut ת. Si remanſerit vnica litera, verbum eſt mixtum quarti ordinis, & tunc præponendum eſt, vel נ vel י,

& poſtponendum vel ה, vel ן, vel ת, & thema in lexico quærendum eſt, idq́; tentandum tantiſper, donec inuenias.

## DE MVTATIONE punctorum in verbis.

IN verbis mutantur puncta, vel propter affixa vtplurimum, vt פָּקַד viſitauit, פְּקָדָנוּ viſitauit nos: vel propter paragogen, vt אֶשְׁמְרָה cuſtodiam, pro אֶשְׁמוֹר: vel propter maccaph, vt יִגְמָר־נָא finem capiat quæſo: vel propter accentum translatum propter pauſam id eſt punctum diſtinctionis, vt כָּשְׁלוּ וְנָפָלוּ impegerunt & ceciderunt Pſalm. 27. pro נָפְלוּ. Accentus mutat vocales breues in longas: Cætera omnia longas in breues.

breues. De mutatione punctorum propter affixa oſtendam tibi paradigmate & regulis, hoc primùm obſeruato, quòd ſola verba actiua recipiunt affixa, idq́ue tantùm in Cal, Piel, & Hiphil: Et quòd primis ac ſecundis perſonis non adduntur affixa eiuſdem perſonæ, quia efferuntur per Hithpaël.

*In primo ordine.*

In Cal.

Præteritum.

Plural. Singul.

1 2 3 1 2 3

אָהֵב

M. פָּקַד פָּקַדְתָּ פָּקַדְתִּי פָּקְדוּ פְּקַדְתּוּ פָּקַדְנוּ

F. פָּקַדְתְּ פָּקַדְתִּי פְּקַדְתּוּ

Participia mutant puncta vt

 nomina

nomina eadem puncta habentia.

## Infinitiuus.

cum פְּקֹד & פָּקֹד : פְּקֹד כְּ בְּ לְ מִפְּקֹד affixis ( ךָ כֶם כֶן ) At forma פְּתַח ſic mutatur פְּתֹחַ. Cum ſecunda eſt gutturalis, ſic mutantur puncta מְאָס.

## Imperatiuus.

| Plur. | Sing. | |
|---|---|---|
| פִּקְדוּ | פְּקֹד | M. |
| פְּקֹדְנָה | פִּקְדִי | F. |

Cum ſecunda vel tertia eſt gutturalis, talis fit mutatio שְׁלַח גְּאַל.

## Futurum.

| 3 | 2 | 1 | 3 | 2 | 1 | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| יִפְקְדוּ | תִּפְקְדוּ | נִפְקֹד | יִפְקֹד | תִּפְקֹד | אֶפְקֹד | M. |
| תִּפְקֹדְנָה | תִּפְקֹדְנָה | | תִּפְקֹד | תִּפְקְדִי | | F. |

Cũ affixis ךָ: כֶם: כֶן: pro ſcheua ſub

ſub ſecunda ponitur ֳ ſeu ca-
metshatuph vt אֳפְקָדְכֶם. Cum
verò ſecunda vel tertia eſt gut-
turalis, ſecunda habet ָ, vt
אֶגְאָלֵם אֶשְׁלָחֵם.

In Piel à principio nihil mutatur, quia punctum cum dages eſt immutabile. In fine imitatur Cal, & ſuum ֵ ſub ſecunda mutat in ſcheua, & cum affixis ־ךָ ־כֶם ־כֶן in – vel ֶ. Maccaph mutat ֵ in ֶ. Idem fit in Infinitiuo Niphal, cũ affixa recipit.

In Hiphil à principio nihil mutatur, quia punctum ִ, quod habet poſt ſe ſcheua quieſcens, eſt immutabile. In fine imitatur Cal, Et ſuum ִי in ſecunda retinet immutabile, & ֵ Imperatiui in ִי mutat.

*In ſecundo ordine.*

Quieſcentia in prima א, in fu-

turo Cal in prima perſona ſingulari retinent holem, vt אֹהֲבֵם diligens eos: In cæteris verò perſonis vel retinent vel mutant in ֵ sub א radicali, & literas אֵיתָן punctant cum ſcheua, vt תְּאכְלֵם deuorabit eos, & תְּאָכְלֵהוּ deuorabit eum, ſcilicet ignis. Cætera cum perfectis habent communia.

Quieſcentia in prima י, in præterito & participijs Cal imitantur perfecta: In infinitiuo forma שֶׁבֶת mutatur vt nomina ſex punctorum, vt בְּשִׁבְתִּי. Excipitur לֶכֶת quod ֶ prius retinet, vt בְּלֶכְתִּי. Sic דַּעַת retinet prius ַ, vt לְדַעְתּוֹ. Quæ integrè veniunt, perfectorum more puncta mutant. In Imperatiuo & Futuro ֵ ſub ſecunda radicali in ſcheua,

ſcheua, – verò in ◌ָ mutatur, & ◌ֵ literarum אֵיתָן manet immutabile. In Piel & Hiphil ſequuntur perfecta, quia vocalis, in qua litera quieſcit, immutabilis eſt, vt הוֹשִׁיבוּ.

Quieſcentia in ſecunda ו vel י, retinent vocales, in quibus conſiſtit quies, immutabiles. Literæ ſeruiles præfixæ, vt אֵיתָן in Cal & Hiphil, & ה ac מ in Hiphil, mutant ſuas longas vocales in ſcheua aut ◌ֲ, & in tertia præteriti Hiphil in ◌ְ◌ִ. In ſyllabis finalibus fit mutatio, vt in perfectis.

Quieſcentia in tertia א, non mutant vocales in quibus א quieſcit, à principio verò imitantur perfecta.

Quieſcentia in tertia ה, י abij-

ciunt ipſum cum vocali præcedente, accedentibus affixis. Hiric in quo quieſcit, manet immutabile. At ָ initiale mutatur in ſcheua, vt in perfectis, excepta tertia perſona præteriti ſingulari Maſculina, vbi manet immutabile, ad indicandam abſentiam literæ quieſcentis. Cætera in fine habent cum perfectis communia.

### *In tertio ordine.*

Defectiua in prima נ vel י, à principio nihil mutant, quia dages eſt immutabile. Quæ integrè veniunt, perfecta ſequuntur. In Infinitiuo forma גֶּשֶׁת mutatur vt in quieſcentibus in prima י, vt בְּגִשְׁתִּי בְּקַחְתִּי à לָקַח. Imperatiuus

peratiuus & Futurum mutat puncta, vt quieſcentia in prima י. Cætera tempora mutant vocales vt in perfectis. In Piel & Hiphil nulla ſit mutatio propter dages.

Defectiua in ſecunda, puncta literarum אֵיתָן & literæ ה ac מ in Hiphil, mutant in ſcheua vel ֲ vt quieſcentia in ſecunda. Dages ſemper manet, & ſi non adſit, imprimitur tertiæ, accedentibus affixis. Infinitiuus, Imperatiuus & Futurum, mutant holem in ֳ vel ֶ, & ֵ in hiric ſequente dages. In ſyllabis ſinalibus imitantur perfecta.

Defectiua in tertia י vel ה ab

initio

initio & fine imitantur perfecta, & ſuum dages, quod defectum tertiæ indicat, retinent.

*In quarto ordine.*

Mixta mutant puncta cum affixis, vt verba quieſcentia ſecundi vel defectiua tertij ordinis, ex quibus componuntur.

*In quinto ordine.*

Quadrata mutant .. vel – finale in ſcheua vt perfecta in Piel. A principio nihil mutant, quia vocalis (vt dictum eſt) quam ſequitur ſcheua quieſcens, eſt immutabilis.

Excipiuntur in ſingulis ordinibus quædam, quæ à regulis hactenus traditis recedunt, quæ vſu

vſu diſcenda ſunt, & in lexico annotantur. Atque hactenus de mutatione punctorum in verbis propter affixa : nunc etiam de mutatione punctorum in nominibus dicam.

## DE MVTATIONE *punctorum in nominibus.*

IN nominibus mutantur puncta, vel propter motionem de maſculino in fœmininum, vt קָדוֹשׁ קְדוֹשָׁה : מֶלֶךְ מַלְכָּה : vel propter formationem numeri pluralis, vt דָּבָר דְּבָרִים : שִׂמְחָה שְׂמָחוֹת : vel propter regimen, cum nomen nomini ſubijcitur, vt דְּבַר אֱלֹהִים verbum Dei, צִדְקַת יְהֹוָה iuſticia Domini : vel propter affixa, vt דְּבָרֵנוּ verbum noſtrum, תְּפִלָּתִי oratio mea : vel propter Maccaph, vt בֶּן־דָּוִד : vel propter accentum

accentum diſtinctionis ', vt אָרֶץ pro אֶרֶץ. Accentus breues in longas, cætera omnia longas in breues mutat. De primis quatuor mutationum cauſis accipe duas tabulas ſequentes, vnam de Maſculinis, alteram de fœmininis.

### *Obſeruationes in præcedentes duas tabulas.*

### I.

Vbi duplex eſt punctatio cum affixis, ſuperior eſt cæterorum affixorum omnium, inferior verò affixorum כֶם כֶן הֶם הֶן.

### II.

Vbi ſub prima eſt ſcheua, ſi illa ſit

la ſit

la ſit gutturalis, habebit -ֲ, vt
עֲמָלוֹ ſicut חֲכָמִים,דְּבָרוֹ ſicut דְּבָרִים :
vbi verò ſub ſecunda eſt ſcheua,
& primæ literæ ſcheua in hiric
mutatur, ſi illa ſit gutturalis, mutabitur in -ִ, vt חַכְמֵי ſicut דִּבְרֵי :
Si verò ſecunda ſit gutturalis, habebit -ֲ, & præcedens litera ſimplex -ַ, vt צְדָקָה, in regimine צִדְקַת,
ſic צְעָקָה in regimine צַעֲקַת.

III.

Quod iam dictum eſt de -ַ pro hiric ſub prima, id fit plerumque in nominibus ſex punctorum, vt מַלְכֵּי, Et in his, ſi prima ſit gutturalis, ſæpè pro -ַ eſt -ֶ, vt חֶלְקֵי עֶגְלֵי.

IIII.

Dageſſata

Dageſſata & Hæmantica ab initio nihil mutant. Vocalis enim, quam ſequitur dages aut ſcheua quieſcens, eſt immutabilis. Vocalis enim, quam ſequitur dages aut ſcheua quieſcens, eſt immutabilis. In fine verò imitantur formas mutabiles דָּבָר זָקֵן מֶלֶךְ קֹדֶשׁ. Idem fit in fœmininis.

## V.

Vocalis in qua litera aliqua quieſcit, eſt etiam immutabilis. Similiter quæ nata eſt ex breui & dages, propter literam quæ dages non recipit, vt דָּג דָּגִים, טַל עָב nubes roris, פָּרָשׁ פָּרָשִׁים. In aliquibus tamen mutatur, in regimine ſingulari in –, in plurali verò regimine in ſcheua, vt הָעָם שַׂר princeps populi, דְּגֵי הַיָּם piſces maris,

maris. Quædam etiam regulariter formãt plurale, vt שׁוֹק שְׁוָקִים שׁוֹר שְׁוָרִים &c. Quæ præterea diſcedunt à regulis, ea & vſu diſcenda ſunt, & indicantur in Lexico & Grammatica Auenarij, quò ſtudioſam iuuentutem remitto, cui in hoc ſtudio felices progreſſus ex animo precor & opto.

## *DE MVTATIONE punctorum in dictionibus.*

IN dictionibus mutantur puncta vel propter affixa, vt בֶּגְדִי בֶּגֶד, vel propter maccaph, vt עַל־־כֵּן, vel propter accentum diſtinctionis, vt אָיִן pro אַיִן. Recipiunt autem dictionum aliæ ſingularium, aliæ pluralium no-

nominum more affixa, de qua re accipe tabulam ſequentem.

* *
*

# DE SYNTAXI.

EBræi quia non habent caſus terminatione diſtinctos, fit, vt etiam minus operoſam habeant Syntaxin, ſed varietatem caſuum aut literis ſeruilibus aut mutatione punctorum indicent, obſeruata generum & numerorum concordantia. De qua re accipe regulas ſequentes.

## *De Syntaxi verborum.*

I.

Nomi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188886-p0100-9

Nominatiuus prçcedit verbum finitum, ſimili numero, genere, & perſona, ſiue in contextu præponatur, ſiue poſtponatur, vt: Pſal. 34. זֶה עָנִי קָרָא וַיהוָה שָׁמֵעַ. pauper iſte clamauit, & Dominus audiuit. לָמָּה רָגְשׁוּ גוֹיִם quare fremuerunt gentes Pſal. 2. Excipiuntur quæ per Syntheſin dicuntur.

## I I.

Verbum Subſtantiuum inter duo nomina plerumque diſſimulatur, vt רַחוּם יְהוָה Miſericors Dominus, ſcilicet eſt. צַדִּיק אַתָּה יְהוָה וְיָשָׁר מִשְׁפָּטֶךָ Iuſtus es tu Domine, & rectum eſt iudicium tuum. Sed in tali caſu vicem Subſtantiui ſeu copulæ ſupplet pronomen, vel ſeparatum vel affixum, vt אָנֹכִי יְהוָה Ego

ſum Dominus. צַדִּיק אַתָּה Iuſtus es tu. כֻּלָּנוּ חַטָּאִים omnes ſumus peccatores, כֻּלָּם רְשָׁעִים omnes ſunt impij. Quòd ſi alteruter nominatiuus eſt pronominis, ſæpè interponitur הוּא loco ſubſtantiui verbi trium perſonarum, vt אָנֹכִי הוּא מֹחֶה Ego ſum qui delet vel deleo. Eſaiæ 43. אַתָּה הוּא tu es. מִי הוּא זֶה quis eſt iſte? Pſalm. 24.

## III.

Actiua verba nomen poſt ſe regunt cum articulo אֵת, vel ſine illo: Neutra verò cum ל, ſæpè etiam ſine eo. Quibuſdam verbis caſus ſubijciuntur cum ב ל מ אֶל עַל & ſimilibus particulis, quæ indicantur in Lexico Auenarij.

IIII.

Actiuis verbis pronomina ſubijciuntur aut ſeparata aut affixa, vt פָּדִיתָ אֹתִי redemiſti me Pſal.31. פְּדִיתִיךָ redemi te. Mich. 6. Neutris verò ſubijciuntur pronomina ſeparata tantùm, raró affixa.

V.

Infinitiui adduntur verbis ſenſum aut voluntatem aut facultatem ſignificantibus, cum literis בַּכְלַם plerumque, ſæpè etiam ſine illis. Infinitiuus ſuo verbo additus, habet Emphaſin, & Imperatiuo poſtponitur, præterito verò & futuro præponitur. Eodem modo ſubijciuntur Infinitiui nominibus ſub-

ſtantiuis aut adiectiuis voluntatem & facultatem ſignificantibus, & exponuntur per gerundia, & tunc punctantur, vt cum literis בַּכְלַם cum ſcheua ſub prima, vt עֵת רְקוֹד tempus ſaltandi, Eccleſ. 3. Græciſmus eſt etiam à Latinis vſurpatus, vt: Nunc eſt tempus dicere, pro dicendi, καιρὸς τοῦ λέγειν. Infinitiuis numerum & perſonam & genus addunt affixa.

## V I.

Participia verborum ſuorum conſtructionem imitantur, vel in nomina degenerant, cum vel affixa recipiunt, in regimine ponuntur, vt: פֹּקֵד עֲוֹן אָבוֹת viſitans iniquitatem patrum, פּוֹקְדִי viſitator meus, יְרֵא יְהוָה timens Domini, Pſ. 128.

De

## *De Syntaxi nominum.*

### I.

Adiectiuum & Subſtantiuum eodem genere, numero & caſu cohærent, ſed ita, vt in contextu Subſtantiuum præponatur, vt איש טוב vir bonus, אִשָּׁה מַשְׂכָּלֶת mulier prudens: Sin Adiectiuum præponitur, ſubintelligenda eſt copula, vt רַחוּם יְהוָה miſericors (ſcilicet eſt) Dominus. Excipiuntur numeralia Cardinalia, quæ poſt vnum ad decem vſque adduntur pluralibus, & præponuntur Subſtantiuis, vt שֶׁבַע שָׁנִים ſeptem anni: poſt decem verò vſq; ad centum iunguntur cum



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188886-p0105-6

ſingularibus, vt שְׁלֹשִׁים שָׁנָה triginta anni, אַרְבָּעִים יוֹם quadraginta dies. Inueniuntur tamen & cum pluralibus, ſed rarius.

## II.

Pronomina ſeparata ſuis ſubſtantiuis vel præponuntur, vt אִישׁ זֶה iſte vir, הַדְּבָרִים אֵלֶּה hæc verba: vel poſtponuntur, ſed cum ה præfixo, vt הָאִישׁ הַזֶּה vir hic, הַאֵלֶּה הַדְּבָרִים verba hæc. Affixa verò in genere & numero conueniunt cum ijs, ad quæ refertur poſſeſſio, non cum quibus iunguntur, puncta tamen illorum mutant, vt oſtenſum eſt ſuprà, vt אֶת־אִשְׁתּוֹ הָאִישׁ יֶאֱהַב vir diligat vxorem ſuam, ἑαυτοῦ. וְהָאִשָּׁה תֶּאֱהַב אֶת־אִישָׁהּ. Et vxor diligat virum ſuum, ἑαυτῆς.

## I I I.

Relatiuum אֲשֶׁר, cum ſit omnium caſuum vtriuſque generis & numeri, indicatur caſus eius & genus & numerus per literas ſeruiles, & per affixum nomini aut dictioni additum, vt הַאֲשֶׁר cuius, quorum, quarum, לַאֲשֶׁר cui, quibus: אֶת־אֲשֶׁר, quem, quam, quod, quos, quas, quæ: מֵאֲשֶׁר à quo, à qua, à quibus: אֲשֶׁר אֹמַר אֵלֶיהָ ad quam dixero. אֲשֶׁר אַתָּה שֹׁכֵב עָלֶיהָ ſuper qua cubas. אֲשֶׁר רוּחַ אֱלֹהִים בּוֹ in quo eſt ſpiritus Dei.

## I I I I.

Cum nomen nomini ſubijcitur in alio quàm eodem caſu, fit hoc, aut literis ſeruilibus, vt לְדָוִיד מִזְמוֹר Pſalmus Dauidis, הָאָרֶץ מֶלֶךְ

 rex

rex terræ, יָעֵף מֵעָמָל feſſus labore: vel mutatione punctorum, quod regimen dicitur, vt דְּבַר יְהֹוָה verbum Domini, יְרֵא אֱלֹהִים timens Dei, מְלֵא עָמָל plenus labore, יְהֹוָה אֲהוּבֵי dilecti Domino, vel Domino cari. Mutantur autem in tali caſu puncta eius quod regit, non quod regitur: Et in contextu præponitur id quod regit, vt videre eſt in exemplis commemoratis. Cum verò præponitur id, quod latinis in Genitiuo ponitur, additur affixum illi, quod præcedere debebat, & in regimine poni, vt: יְהֹוָה בַּשָּׁמַיִם כִּסְאוֹ Domini ſedes in cœlo, pro כִּסֵּא יְהֹוָה בַּשָּׁמַיִם Pſalm. 10. Sic Pſalm. 54. בְּנֵי אָדָם שִׁנֵּיהֶם חֲנִית Dentes filiorum hominum ſunt lancea, pro שִׁנֵּי בְּנֵי אָדָם חֲנִית

Et

Et Pſal. 103. אֱנוֹשׁ כֶּחָצִיר יָמָיו Dies hominis ſunt tanquam fœnum, pro יְמֵי אֱנוֹשׁ כֶּחָצִיר. ſic Eccleſiaſtæ 2. הֶחָכָם עֵינָיו בְּרֹאשׁוֹ oculi ſapientis ſunt in capite eius, pro עֵינֵי חָכָם.

## *De Syntaxi dictionum.*

### I.

Aduerbia quædam & præpoſitiones affixa recipiunt, & puncta mutant, vt monſtratum eſt ſuprà.

### I I.

לֹא & אַל nunquam iunguntur cum Imperatiuo, ſed ſemper cum futuro: at לְבִלְתִּי & בִּלְתִּי cum Infini-

Infinitiuo : אֵין verò nunq̃; cum verbo, ſed ſemper cum nomine & dictione.

## I I I.

עַד, אַחֲרֵי & לְמַעַן iunguntur cum Infinitiuo vel futuro, item cum caſu, & עַד etiam cum aduerbijs loci & temporis.

Facio iam finem, & quæ dicenda reſtant de ratione legendi ſine punctis, de numeris, de accentibus, de abbreuiaturis, de metris, & ſi quæ ſunt alia id genus, ea in aliud tempus & locum reijcio, & ſanctæ linguæ ſtudioſos hortor, vt Prophetarum monumenta, quæ Biblia dicuntur, aſsiduè & attentè legant, & Dei

συνεργοῦντος auxilium implorent. Ita enim futurum eſt, vt eò perueniant, quò cogitant, & ſi non totum, quod quærunt, at certè quantum ſatis eſt & Deo viſum fuerit, aſſequantur, qui ſolus ſuo arbitrio diſtribuit omnia, & quantum cuique daturus eſt, omnipotente ſua prouidentia dimenſus eſt, numerauit, & ponderauit. Cui ſoli ſit gloria & gratiarum actio ſeculis infinitis.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188886-p0113-1

A. V. 9.
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
I VITEBERG.
A202
SIGNAT. ↀↀCCCXIII.

ULB Halle 3
003 863 751

Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188886-p0115-2



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188886-p0116-7

# ELEMENTA
## LINGVÆ EBRÆÆ
### QVAM BREVISSIME
comprehenſa

A

*M. IOHANNE CLAIO*
*Hertzbergenſe.*

כָּאִישׁ בְּלִי רֶגֶל עוֹמֵד
כָּאִישׁ בְּלִי דִקְדּוּק לוֹמֵד :
כָּאִישׁ בְּלִי מַסָּד בּוֹנֶה
כָּאִישׁ בְּלִי דִקְדּוּק עוֹנֶה :

VVitebergæ, excudebant hæredes
Iohannis Cratonis, Anno 1581.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188886-p0117-3